Philology - Collections
Dissertations, Academic - Germany

DE ISTRO CALLIMACHIO.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
GRYPHISWALDENSI
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XXIV MENSIS FEBRUARII ANNI MDCCCLXXXVI HORA XII
UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS
PUBLICE DEFENDET
SCRIPTOR

MAXIMILIANUS WELLMANN
POMERANUS.

ADVERSARII ERUNT:
B. TIMM Cand. Phil.
A. BRUNK Sem. Reg. Phil. Sen.
E. FISCHER Stud. Theol. et Phil.

GRYPHISWALDIAE, MDCCCLXXXVI.

KUNSTMANNO

SENATORI AMPLISSIMO

SACRUM.

Cap. I.

De Istri operis, quod inscribitur 'Ατθίδων συναγωγή, indole ac natura.

Inter scriptores aetatis Alexandrinae permulti sunt, quorum memoria temporum invidia ita obruta est tenebris, ut praeter nonnulla frusta pauca scitu digna de eis exstent. Id sane dolendum, ea praesertim aetate, qua omnia studia floruerunt et ingentia cuiusvis disciplinae opera excussa et elucubrata sunt. Nos imprimis quidquid de fabulis Atticis et de vetustissima historia, de sacris atque institutis Atheniensium illa aetate conscriptum est, ut restituamus vehementer incitabit, praesertim cum opera illa, etsi ipsa perierunt, tamen frustis quamvis exilibus memoriae nostrae servata unicum fundamentum praebeant, quo illius civitatis et ingeniis hominum et rebus gestis et fabellarum quasi floribus pari modo excellentis vivida imago superstruatur. Multi inde ab Hellanico exstiterunt scriptores, qui in hanc materiam operam studiumque contulisse perhibeantur: omnes etsi easdem libris suis res amplexi sunt alii aliam eiusdem materiae partem accuratius pertractantes, velut Phanodemus res fabellasque sacras, Androtio vero et Philochorus res ad historiam pertinentes, tamen multae inter eos exstant discrepantiae praecipue in fabulis antiquitatibusque Atticis, quibus quantopere illi scriptores ingenio suo indulserint comprobatur. Qua re intellegitur,

qui fieri potuerit, ut Alexandrinorum aetate unus ex Callimachi discipulis diversas illas Atthidographorum narrationes in unum corpus consarcinaret: Istrum dico Callimachium, quem satis dignum opinor, cui dissertatiunculae meae angustias devoveam.

De vita Istri quidquid scimus, exstat apud Suidam s. v. *Ἴστρος* ⟨p. 542 Bekk.⟩: *Ἴστρος Μενάνδρου ⟨ἢ⟩* [1]) *Ἴστρου, Κυρηναῖος ἢ Μακεδών, συγγραφεύς, Καλλιμάχου δοῦλος καὶ γνώριμος. Ἕρμιππος δὲ αὐτόν φησι Πάφιον ἐν τῷ β' τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων. ἔγραψε δὲ πολλὰ καὶ καταλογάδην καὶ ποιητικῶς.* De hac vita quisquis Hermippo Berytio Suidae vitas servorum libertorumque, qui in litteris aliquid praestiterunt, deberi cum C. Wachsmuthio censet [2]), sic iudicabit, ut ex hoc auctore eam totam desumptam esse existimet. Qua re eum servum Callimachi fuisse fieri non potest ut credamus [3]) nec quidquam aliud nostro iure contendere possumus nisi eum eruditionis vinculo cum Callimacho coniunctum fuisse.

De patria dissensus erat grammaticorum Hermippi aetate, quorum alii eum Cyrenaeum, alii Macedonem, Hermippus denique Paphium eum esse adfirmabat. Hic dissensus menti scrupulum inicere debet, quod plerumque si complures scriptoris alicuius urbes nataliciae proferuntur, patriam ignotam fuisse antiquis statuendum est. Idem in Istrum cadere mihi videtur: nam si Cal-

---

1) Rectissime *ἢ* particulam adiecit C. G. Siebelis Phanodemi, Demonis, Clitodemi atque Istri *Ἀτθίδων* et reliquorum librorum fragmenta Lipsiae 1812 praef. p. XVII.

2) Cf. Wachsmuth Symb. Bonnens. I p. 143.

3) Idem Vossius de historia graeca p. 468 suspicatus est, qui sic scribit: „Euergetae regis aetate etiam fuit Istrus sive Ister: non quidem servus, quod praefatione sua in Aethicum Iosias Simlerus putavit, sed discipulus Callimachi.“

limachum eius magistrum Cyrenis natum esse reputamus, ei a magistro[4]) Cyrenaei nomen inditum esse apparet. Inde vero, quod idem Macedo appellatur, id tantum colligi potest, quod diserto Plutarchi testimonio constat[5]) eum Alexandriae vixisse, cum illis temporibus liberos Alexandriae incolas *Μακεδόνας* nominatos esse sciamus[6]). Hermippi testimonio nihil habeo quod obvertam: etsi non nego fieri posse, ut ille verum nobis tradiderit, tamen scrupulum mihi remanere profiteor.

Ister ille, de quo agimus[7]), Callimachi discipulus

---

4) Ab antiqua litterarum historia id non alienum est. Cf. Hier. ad Eus. chr. Ol. 192, 4, ubi C. Iulio Hygino Polyhistoris cognomentum inditur: id desumptum mihi esse videtur a magistro Cornelio Alexandro. Mirum est, quod etiam alter Callimachi discipulus Philostephanus *Κυρηναῖος* ab Ath. VIII p. 331 d appellatur: *Φιλοστέφανος δὲ ὁ Κυρηναῖος μὲν γένους, Καλλιμάχου δὲ γνώριμος κτλ.*

5) Plut. quaest. gr. 43: *Ἴστρος δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ὑπομνήμασι προςιστόρηκεν κτλ.* Sic *Πτολεμαῖος ὁ Κλαύδιος* Alexandrinus appellatur, etsi eum Alexandriae natum non esse scimus.

6) Cf. S. Sharpe, Geschichte Egyptens revidiert und berichtigt von A. v. Gutschmid. Vol. I p. 165.

7) Ab Istro Callimachio diversus est Ister Calatianus, de quo cf. Steph. Byz. s. v. *Κάλλατις . . . ἀφ' οὗ Ἴστρος Καλλατιανὸς περὶ τραγῳδίας γράψας καλὸν βιβλίον.* C. Muellerus F. H. G. I p. LXXXV et Th. Bergkius in ed. Soph. praefatione p. IX ad hoc opus redire frustula, quae sub Istri nomine in Sophoclis vita exstent, eundemque auctorem esse putant libelli, qui *Μελοποιοί* inscribitur. quae opinio nullis argumentis fulciri potest. immo in fragmentis, quae exstant ex utroque libello, eundem deprehendis compilatorem absonarum historiarum eademque redit auctoritatis addubitatio, quae alterius propria est. Cf. Sieb. p. XXIII. Omni igitur probabilitate cassum est, quod Muellerus et Bergkius sibi finxerunt: procul dubio frustula ad Sophoclem pertinentia ex vita Sophoclis ab Istro, de quo nos agimus, conscripta desumpta sunt. Eundem auctorem etiam de Pindari vita egisse fragmentum in Pindari vita servatum

erat cum Hermippo, Philostephano aliis et propter hanc necessitudinem ab Athenaeo (cf. VI p. 272 b, IX p. 387 f) Callimachius nominatur. Hinc qua aetate ille vixerit in universum concludi potest. Nam cum Callimachum c. Olymp. 136 mortem obiisse constet, Istrum floruisse sub imperio Ptolemaei III et IV, id est tertio saeculo exeunte, sequitur. Huc quadrat, quod a Polemone Periegeta, quem sub Ptolemaeo V Epiphane (204—181) floruisse Suidas s. v. *Πολέμων* testatur, Ister impugnatus est (cf. Ath. IX p. 387 f). Alexandriae disciplinis eum imbutum esse verisimile est illis ipsis temporibus, quibus artes litteraeque maxime florebant quibusque cum alii viri docti tum Callimachus, Eratosthenes, Aristophanes in illa urbe docuerunt. Praecipue historicorum et grammaticorum studia per illam aetatem vigebant, quibus maxime favebat, quod unicuique per bibliothecas uberrimas celeberrimasque veterum auctorum copias adire licuit. Hinc vasta illa et ampla explicari potest Alexandrinorum doctrina, qui non satis habebant multos libellos conscribere, sed ita conscribere, ut maxima industria varias de eadem re sententias alias ab aliis prolatas undique colligerent collectasque auctorum nominibus additis narrationi interponerent. His Alexandrini aevi scriptoribus Ister accensendus est, a quo soluta et vincta oratione multa conscripta esse Suidas testatur.

At fragmenta si spectes, ea numero perpauca sunt nec satis dolendum est notitiam eius operum fere om-

---

docet. Cf. Westerm. biograph. p. 93: *Χαμαιλέων δὲ [φασι καὶ Ἴστρος ἱστοροῦσιν, ὡς περὶ Ἑλικῶνα θηρῶντος αὐτο καὶ καμάτῳ κατενεχθέντος εἰς ὕπνον μέλισσα τῷ στόμαι προςκαθίσασα κηρία ἐνέθετο . . . καὶ οὕτως οἰωνισάμενο ἔπειτα εἰς ποιητικὴν ἐτράπη* . . . Mentione dignum, quo eadem fabula apud Paus. IX, 23, 2 redit. unde hauser Pausanias, altioris est indaginis. Cf. Wilam. Herm. Vo XII p. 341 adnot. 25.

nem in perpaucis illis frustulis positam esse. Tituli scriptorum diversissimi proferuntur: ex his primum quidem illud opus tractare velim, quo de rebus Atticis egit.

Hoc opus, etsi sub certo titulo ab ipso indito circumferebatur, tamen variis excitari nominibus a scriptoribus fragmenta docent, sed ita, ut dubitari nequeat, quin omnes ad eundem Istri librum pertineant [8]). Difficultatem tituli *Ἄτακτα* (cf. frg. 6, 8, 21 Muell. F. H. G. I p. 418 sq.) sive *Ἄτακτον* (frg. 31) et *Σύμμικτα* (frg. 22) praebent, cui expediendae Tzetzes viris doctis aliquid praesidii afferre videbatur. Nam cum duorum Istri testimoniorum de sacris Eleusiniis non a Thrace illo Eumolpo, sed a Deiopae filio institutis alterum a schol. Oed. Col. Soph. v. 1051 servatum titulum praebeat *Ἄτακτα*, alterum vero apud Tzetz. ad Lyc. 1327 titulum *Συναγωγή*, viri docti illud opus utpote compilatorium etiam *Ἄτακτα* sive *Σύμμικτα* nominatum esse statuerunt. Laborat haec coniectura variis incommodis. Ac primum quidem adverti velim titulum *συναγωγή* apud Tzetzem duobus tantum exhiberi codicibus, codice Cizensi et Vitebergensi, praestantissimis quidem, ut Muellerus monet (praef. edit. Tzetz. schol. p. XXV), at tamen et ipsis passim interpolatis. Dein etsi titulum illum recipiendum esse concedamus, cum narrationem illam in *Ἀτθίδων συναγωγῇ* exstitisse per se certissimum sit [9]),

---

8) Titulus *Συναγωγὴ τῶν Ἀτθίδων* exstat apud Harp. s. v. *ἐπενεγκεῖν δόρυ*, *συναγωγὴ τῆς Ἀτθίδος* apud Harp. s. v. *Κοιρωνίδαι*, *Ἀτθίδες* apud Harp. s. v. *λαμπάς*. Saepius occurrit titulus *Ἀττικά* cf. frg. 1, 2, 7, 12, 14, 32 et *συναγωγή* cf. frg. 10, 20 sive *τὰ τῆς συναγωγῆς* cf. frg. 28 sive *συναγωγαί* cf. frg. 5 sive denique *ἀττικαὶ συναγωγαί* cf. frg. 16.

9) Narratio quidem de mysteriis Eleusiniis non a Thrace illo Eumolpo, sed a trinepote eius Musaei filio institutis in Andronis, ut videtur, Atthide legebatur: schol. Soph. Oed. Col. v. 1051.

tamen qui fieri potuerit, ut operi historico titulus Ἄτακτα sive Σύμμικτα inderetur, prorsus sum nescius. Nam tituli illi saepius apud scriptores illius aetatis redeuntes opus significant, quod doctrinam miscellaneam amplectitur sive grammaticam sive historicam sive mythologicam sicut apud Euphorionem (cf. Suid. s. v. Εὐφορίων. Μοψοπία ἢ Ἄτακτα· ἔχει γὰρ συμμιγεῖς ἱστορίας), apud Seleucum Alexandrinum (cf. schol. Apoll. Rhod. II v. 1052), apud Callistratum Aristophaneum (cf. Athen. III p. 125 c) alios[10]). Per se si Ἄτακτα sive Σύμμικτα legitur, ὑπομνήματα supplendum esse videtur, quod in libris Aristoxeni Tarentini (C. Müller F. H. G. III p. 290 frg. 86) et Herodici (cf. Ath. VIII p. 340 e) factum videmus. Sin autem summa rerum accuratius definitur, ex natura materiae hoc vel illud additur velut in Philetae libello, qui Ἄτακτοι γλῶσσαι[11]) sive minus accurate Ἄτακτα citatur, vel in Aristoxeni Tarentini libro, cuius titulus est σύμμικτα συμποτικά. De opere vero historico, etiamsi compilatio est, titulus ille nec usurpatur nec usurpari potest: itaque Istri Ἀτθίδων συναγωγήν ab Atactis sive Symmictis secernendam esse satis confidenter pronuntio. Pleraque huius libelli, qui Ἄτακτα sive Σύμμικτα inscribitur, frustula mythographica sunt. Cf. frg. 21, 22: inde necessario concluditur, etiam aliorum studiorum fructus, quae ad historiam fabularem pertinent, peculiari opusculo ab Istro collectos esse. Idem in librum, qui sub titulo ὑπομνήματα a Plutarcho exhibetur, cadit. Cf. quaest. gr. 43. Itaque si Herodici sive Aristoxeni libri miscellanei titulum cogitas — quid enim multa? — Istri σύμμικτα (ἄτακτα) et ὑπομνήματα idem opus fuisse veri est simillimum diversosque titulos

10) Cf. Didymi Chalcenteri frg. ed. M. Schmidt p. 378.

11) Schol. Apoll. Rhod. δ, 989: Φιλητᾶς ἐν Ἀτάκτοις γλώσσαις κτε. Apud Athen. ἄτακτα legitur.

sic coniungo, ut *Σύμμικτα ὑπομνήματα* illum libellum inscriptum fuisse coniciam [12]).

---

12) Addam, quod de hoc libro memoratu dignum videtur. Idem fragmentum, quod in Plut. quaest. gr. 43 exstat, quo nomen urbis Alalcomenae in Ithaca insula sitae explicatur, titulo scripti omisso legitur in schol. Il. ψ v. 783: *Ὁ δὲ Ἴστρος ἐκτεθῆναι ὑπὸ Ἀντικλείας Ὀδυσσέα φησὶν ἐν Ἀλαλκομεναῖς τῆς Βοιωτίας, ἥ ἐστιν ἱερὰ Ἀθηνᾶς.* Cf. Plut. quaest. gr 43: „*Πόθεν ἡ τῶν Ἰθακησίων πόλις Ἀλαλκομεναὶ προσηγορεύθη;*“ *Διὰ τὸ τὴν Ἀντικλείαν ὑπὸ Σισύφου βιασθεῖσαν ἐν τῇ παρθενείᾳ τὸν Ὀδυσσέα συλλαβεῖν· ὑπὸ πλειόνων δ' ἐστὶν εἰρημένον. Ἴστρος δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ὑπομνήμασι προσιστόρηκεν, ὅτι τῷ Λαέρτῃ δοθεῖσα πρὸς γάμον καὶ ἀναγομένη περὶ τὸ Ἀλαλκομένειον ἐν τῇ Βοιωτίᾳ τὸν Ὀδυσσέα τέκοι καὶ διὰ τοῦτο ἐκεῖνος . . . τὴν ἐν Ἰθάκῃ πόλιν οὕτω φησὶ προσαγορεύεσθαι.* Fabula illa de Ulixe in Boiotia nato iam ante Istrum nota erat. Cf. Lyc. Alex. v. 786:

Ὅν (sc. *Ὀδυσσέα*) *Βομβυλείας κλιτὺς ἡ Τεμμικία*
ὕψιστον ἡμῖν πῆμ' ἐτέκνωσέν ποτε
μόνος πρὸς οἴκους ναυτίλων σωθεὶς τάλας.

Cf. Tzetz. ad Lyc. v. 786, schol. Lyc. v. 786 et 344, schol. Soph. Aiant. v. 190 et 417.

Ex eodem scripto petita esse videntur, quae a schol. Il. τ, 119 de auxilio Alcmenae parturienti a mustela lato narrantur: *Ὠδῖνας κατὰ μετωνυμίαν, ὡς Ἄρης ὁ σίδηρος καὶ τὸ πῦρ Ἥφαιστος. Ἴστρος δέ φησιν ὠδινούσης Ἀλκμήνης τὰς χεῖρας συνέχειν τὰς μοίρας, γαλῆς δὲ παρελθούσης ἀπολῦσαι καὶ τεχθέντος αὐτοῦ νομισθῆναι γαλῆν εἶναι αὐτῷ τροφόν.* Cf. Eustath. p. 1175, 40, qui adicit: *ὅθεν ἀνέκειτο ἡ γαλῆ τῷ Ἡρακλεῖ.* Cf. E. Schwartz de schol. Hom. ad hist. fab. pert. Fleckeis. Annal. vol. suppl. XII p. 426. Eadem de Herculis partu narratio exstat apud Ael. V. H. XII, 5: *Καὶ Θηβαῖοι δὲ σέβουσιν, Ἕλληνες ὄντες, ὡς ἀκούω, γαλῆν καὶ λέγουσί γε Ἡρακλέους αὐτὴν γενέσθαι τροφόν. ἢ τροφὸν μὲν οὐδαμῶς, καθημένης δὲ ἐπ' ὠδῖσι τῆς Ἀλκμήνης καὶ τεκεῖν οὐ δυναμένης, τὴν δὲ παραδραμεῖν καὶ τοὺς τῶν ὠδίνων λῦσαι δεσμοὺς καὶ παρελθεῖν τὸν Ἡρακλέα καὶ ἕρπειν ἤδη.* Quoniam fabulas ab Aeliano prolatas plerasque Alexandro Myndio, scriptori aetatis Augusteae, qui opus

Iam vero ex paucis Atthidis fragmentis quantum fieri potest, quale opus illud fuisse videatur, colligere conabimur. Titulum operis reputes velim: non *Ἀτθίς*, sed *συναγωγὴ τῶν Ἀτθίδων* id est collectio Atthidum liber appellatur. Inde quae ab Atthidum scriptoribus de rebus Atticis tradita sint, ab eo coacervata et in unum

sat amplum *περὶ ζώων*, fortasse etiam *περὶ φυτῶν* conscripsit ⟨cf Artem. *Ὀνειροκρ.* 67. Etym. Mag. s. v. *Ἀμαμαξύς* et Athen. II p. 57 b⟩ deberi certis argumentis probari potest, hanc narrationem non ab Aeliano ipso, sed ab Alexandro ex Istro desumptam esse statuo. Cf. Clem. Alex. Protr. II, 39, qui narrationem ex Aeliano hausisse videtur, et schol. Eadem fabula ad rationes pragmaticas accomodata idque ita, ut non mustela, sed serva Alcmenae Galinthias dominam parturientem per dolum servaverit, redit apud Ant. Lib. XXIX. Cf. Ovid. met. IX, 281 sq. Paus. IX, 11, 3. Haud scio an huc referenda sit altera Istri narratio de Meleagridibus Ael. H. A. V, 27: *Τὰς ἐν Λέρῳ Μελεαγρίδας ὑπὸ μηδενὸς ἀδικεῖσθαι τῶν γαμψωνύχων ὀρνέων, λέγει Ἴστρος*, quacum coniungas H. A. IV, 42. Deinde adiciendam esse puto fabulam de Trambelo, quae etsi disertis verbis Istro vindicatur, tamen in fragmentorum sylloga deest. Schol. Lyc. v. 467: *Μετὰ γὰρ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν τὴν γενομένην ὑπὸ Ἡρακλέους, Τελαμὼν ἔλαβε γέρας ἐξαίρετον Θεάναιραν, ὡς Ἴστρος ἐν Συμμίκτοις φησίν· αὕτη δὲ ἐκ τοῦ Τελαμῶνος ἔγκυος γενομένη ἀπέδραμεν ἐκ τῆς νεὼς καὶ ἦλθεν εἰς Μίλητον διανηξαμένη τὴν μεταξὺ θάλασσαν. ἐβασίλευσε δὲ τότε Μιλήτου Ἀρίων, ὅς αὐτὴν ἐν ὕλῃ κεκρυμμένην εὑρὼν καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς γενόμενον υἱὸν Τράμβηλον ὀνομασθέντα ἀνέθρεψεν ὡς ἴδιον υἱόν· τῆς δὲ ἐπὶ Ἴλιον στρατείας γενομένης, Ἀχιλλεὺς εἰς Μίλητον παρεγένετο. εἶτα τὸν Τράμβηλον ἀνιστάντα ἀπέκτεινε· θαυμάσας δὲ αὐτοῦ τὴν ἀνδρείαν καὶ μαθὼν ὅτι ἐκ Τελαμῶνός ἐστι, ἔθαψεν αὐτὸν καὶ μέχρι τινὸς ὡς συγγενῆ ἔκλαυσε.* Cf. Ath. II p. 43 d et Parth. Path. Er. 26. Fortasse non errabis, si etiam Ath. VIII p. 345 d: *Ἴστρος δέ φησι Χοίριλον τὸν ποιητὴν παρ' Ἀρχελάου τέσσαρας μνᾶς ἐφ' ἡμέρᾳ λαμβάνοντα, ταύτας καταναλίσκειν εἰς ὀψοφαγίαν, γενόμενον ὀψοφάγον* huc pertinere censebis.

corpus congesta esse apparet. Idem schol. Arist. Av. 1694 docet, in quo eum de clepsydra scriptorum testimonia collegisse memoriae proditum est. Vestigia huius scribendi rationis ne in fragmentis quidem plane evanuerunt, sicuti in narratiuncula illa absona de Aethra, Hectore et Paride, quam a quibusdam narratam esse Ister testatur (Plut. Thes. c. 34), deinde in Thesei feminarum enumeratione, quam ita instituit, ut omnes varias scriptorum sententias nominibus additis diligentissime adhiberet (Ath. XIII p. 557 a), denique in fragmento illo, quod apud Harp. s. v. *ἐπενεγκεῖν δόρυ* exstat, ubi illud, quod de hasta in tumulo defixa ad caedem indicandam narratur, Ister ex aliorum sententia in corpus suum Atthidum se recepisse dicit. In aliis fragmentis auctores, quos secutus est, cum eo coniuncti leguntur velut in frg. 2, 5, 30. Hac operis indole etiam aliud explicatur: nam cum antea tricesimo fere quoque anno exstiterint, qui sibi Atthidem scribendam proponerent, ut Hellanicus, Melanthius, Clidemus, Andro, Phanodemus, Androtio, Demo, Philochorus, post Istrum de nullo alio Atthidis compositore audimus. Inde quoniam Ister hoc opere illi scribendi generi finem imposuit, in eo omnia, quae scitu digna essent de rebus Atticis, collecta fuisse concludo.

Ἀτθίδων illam *συναγωγὴν* minimum ex sedecim libris constitisse constat ex Harp. s. v. *Τραπεζοφόρος*. Primum librum inde a populi Attici origine incepisse et de vetustissimis Atticae incolis in eo disputasse videtur, ex quibus nominat Titenum, unum ex senioribus Titanibus, qui in Attica habitabat. Cf. Apostol. XVIII, 77. Intexta erant huic libro nonnulla de festis quibusdam eorumque origine, sicut de Apaturiis, quibus Vulcanus celebratur, quod homines ignis usum docuerit, et de Bacchanalibus agrestibus, quae a Theoine, Bacchi cognomine, Theoinia appellabantur. Cf. frg. 5. Ex his

vero frustulis nec quale argumentum fuerit nec quousque descenderit primus liber, certo potest diiudicari. Ex libro, qui sequitur, nihil certi exstat: in tertio libro fabularum historiam ad Erichthonium deduxisse Istrum et ab illo Panathenaea instituta commemorasse Harp. s. v. *Παναθήναια* testis est; quarti libri fragmentum de Eumenidibus eum egisse docet, fortasse in Areopagi commemoratione, in quo Eumenides celebratas esse scimus. Cf. Aeschyli Eum. et schol. Soph. Oed. Col. 42. Hoc fragmentum num Atthidum collectioni recte assignetur, dubitari potest, cum duobus locis scholiorum Oed. Col., quibus titulus Istri libelli exstat, *Ἄτακτα* exciten-tur. Sed scrupulus ille facile evellitur. Scholiastae enim vel potius auctori *ὑπομνήματος* doctissimi, quod in scholiis illis latet, non solum ille liber miscellaneus, sed etiam Istri Atthis praesto erat et sicubi ex illo excerpebat frustulum adiciebat titulum, ubi vero ex hoc opere, quod notissimum erat, fragmenta proferebat, eum omittere potuit. Cf. schol. v. 57, v. 701, v. 681. De summa librorum insequentium ex fragmentis nihil enucleari potest: id tantum constat in libro duodecimo eum de Clepsydra et de Iove Homoloio ⟨Apost. XIV, 40 et schol. Arist. Av. 1694⟩, dein in libro tertio decimo de Aethra eiusque filio accuratius ac fusius egisse: nec vero in transcursu eum Thesei mentionem iniecisse, sed diligentius versatum esse in rebus ab eo gestis ex Harp. verbis s. v. *Ὀσχοφόροι* elucet: *Ὁ δὲ Ἴστρος ἐν τῇ ιγ' περὶ Θησέως λέγων γράφει οὕτως κτλ.* Nec fieri potest, ut hoc uno libro omnia Thesei facinora contineantur, illius viri, quo nemo Hercule fortasse excepto maiore honore fruebatur, in quem Athenienses omnia, quae unquam vi paene divina gesta videbantur, accumulare diligentissime studebant, ut proverbium illud oriri potuerit: *Οὐκ ἄνευ γε Θησέως*, sed in libro et antecedenti et insequenti facinoribus eius enarrandis operam navasse

videtur. Huc quadrat, quod Thesei feminarum catalogus ex libro XIV citatur, qui eodem mihi videtur memoratus esse sententiarum connexu atque a Plutarcho in Thesei vita c. 29.

Quae cum ita sint, id quidem probabiliter contendo, Istrum minime, ut Muellerus putat, confusam rerum tractationem adhibuisse ⟨F. H. G. I p. XC⟩, sed exstare vestigia, ex quibus eum certum fabularum Atticarum ordinem in stemmate regum mythicorum positum secutum esse apparet. Quod si verum est, fragmenta de Procride et Cephalo, de Eumolpo, denique de Phinei caecitate ⟨cf. frg. 19, 20, 60[a]⟩ inter tertium et decimum librum interponamus necesse est. In quo libro de Arrhephoriis sive Ersephoriis Ister egerit, discerni nequit: sed utrumque huius pompae nomen apud eum redisse colligo ex schol. Lys. v. 642: *Οἱ μὲν διὰ τοῖ α ἀῤῥηφορία, ἐπειδὴ τὰ ἄῤῥητα ἐν κίσταις ἔφερον τῇ θεῷ αἱ παρθένοι. οἱ δὲ διὰ τοῦ ε ἐρσηφορία· τῇ γὰρ Ἕρσῃ πομπεύουσι τῇ Κέκροπος θυγατρί, ὡς ἱστορεῖ Ἴστρος.* Cf. Etym. M. s. v. *ἀῤῥηφόροι καὶ ἀῤῥηφορία* et Hes. s. v. *ἐῤῥηφόροι.*

Usque ad ultimum, qui citatur, librum Ister in temporibus mythicis et antiquitatibus Atticis versatur, nec ullum nominatim ex hoc opere profertur fragmentum historicum. Id quamquam mirum est, tamen casu factum esse puto nec ulla causa est, cur eum in fabulis antiquitatibusque compilandis acquievisse colligamus. Primum enim obstat nomen operis *Συναγωγὴ τῶν Ἀτθίδων* sive *Ἀτθίδες*, quae ab auctoribus deducuntur usque ad sua tempora, deinde unum fragmentum apud Diog. Laert. II, 59, quod cum Muellero huic libro attribuere velim. Numerus ille librorum, ne cui nimis magnus videatur, cogitanti Philochorum duos tantum libros fabulis Atticis explevisse, is secum reputet, Atthidum collectionem opus compilatorium fuisse, deinde tempora illa mythica scri-

ptori Alexandrino ansam dedisse ad digressiones intexendas narrationesque hinc illinc petitas, denique eum etiam quae de deorum sacris ac festis tradita invenerit eorumque origine, ea omnia operi inseruisse ⟨frg. 3, 4, 5, 7, 13, 15, 16, 17⟩ ritus sacros persecutum esse ⟨frg. 25, 32⟩, res topographicas ⟨frg. 14, 30⟩ antiquitatesque Atticas ⟨frg. 26, 28⟩ studiose exposuisse et in stirpes familiarum Atticarum inquisivisse ⟨frg. 29⟩.

De fide Istri veteres auctores vehementer dubitaverunt ⟨Athen. IX p. 387 f. Plut. Thes. c. 34. schol. Arist. Nub. 971. Sophoclis vit.⟩[13]), etsi plerumque historias ex diversis auctoribus diligenter contulisse et rem ita instituisse videtur, ut scriptorum nomina accurate adderet. Itaque nullam causam video, cur scientem eum fictitia pro veris vendidisse putemus. Etenim si falsa prodere voluit, cur tandem fontem narrationum tam accurate adnotavit? Quidni doctrinam illam exquisitam sub suo

---

13) Illis scriptoribus Diodorus adnumerandus est, qui I, 29, postquam plurimas colonias ab Aegyptiis in omnes fere orbis terrarum partes propter regum magnificentiam hominumque multitudinem missas esse praedicavit, sic pergit: *ὑπὲρ ὧν* ⟨sc. *ἀποικιῶν*⟩ *μήτε ἀποδείξεως φερομένης μηδεμιᾶς ἀκριβοῦς μήτε συγγραφέως ἀξιοπίστου μαρτυροῦντος, οὐκ ἐκρίναμεν ὑπάρχειν τὰ λεγόμενα γραφῆς ἄξια.* Diodorus igitur de coloniis Aegyptiis agere operae pretium esse negat, cum res nec accurata enarratione nitatur nec ab auctore fide digno exponatur. Quid quod scriptorem de Aegyptiorum coloniis egisse tradit, cuius fidem suspectam fuisse affirmat? Videsne haec verba optime in Istrum cadere? Nam primum ab Istro libellum de Aegyptiorum coloniis scriptum esse constat ⟨frg. 39 d. 40⟩, deinde fidem eius apud veteres non ita magnam fuisse vidimus. Ergo vix dubitari potest, quin haec Diodori verba ad Istri *Αἰγυπτίων ἀποικίας* referenda sint, praesertim cum nemo praeter Istrum, quantum equidem scio, de Aegyptiorum coloniis scripserit. Idem Heyne sensisse videtur: Cf. Diod. ed. L. Dindorf Vol. III p. LXXIX.

nomine venditavit? At illud ei obici potest obiectumque est a veteribus eum adeo credulum fuisse fabularum sectatorem, ut nunquam fere artem criticam fabulis congerendis adhiberet, sed quidquid fabellarum apud antiquos auctores invenisset, id bona fide arriperet et diligentissime in usum suum converteret.

Hoc Istri opus, etsi fides eius a nonnullis impugnatur, a posterioribus tamen saepius adhibitum esse cum per se probabile est tum fragmenta docent. Sed omnia fere frustula ad fabulas Atticas pertinere supra vidimus, ita ut haec Atthidis pars mythologica summi momenti fuisse videatur, altera, quae ad historiam pertinebat non item: in historia Attica Androtio et Philochorus summa fruebantur auctoritate. Nec mirum illud in huiusmodi materia: nam cum permagnam in his fabulis enarrandis dissensionem fuisse veterum scriptorum testimoniis constet [14]), is scriptoribus posterioribus praeplacuit, a quo diversae illae narrationes in unum conspectum congestae essent. Inter quos si nomina illorum mittas, quibus nunc maxima fragmentorum pars debetur, lexicographorum, scholiastarum, quippe qui ex uberrimis commentariorum copiis hauserint, nominandus est Polemo, quem saepius ab Istro discessisse et contra eum pugnasse ex Ath. IX p. 387 f. colligas [15]). Huc accedit aliud testimonium, ex quo Istri frustulum ab eo in opus suum translatum esse apparet. In schol. Aeschin. I, 188 ad lemma *ταῖς σεμναῖς* docta legitur de Eumenidibus enarratio, cuius prima pars ad Polemonem redit collata cum Clem. Alex. Protr.

---

14) Joseph. contr. Ap. VI p. 176 ed. Bekk. Strab. p. 392. Plut. Thesei vit. 20.

15) Ex Athenaeo peculiare scriptum a Polemone adversus Istrum compositum esse non sequitur: id tantum inde efficitur, Istrum ab eo in scriptis impugnatum esse.

Aeschin. schol. I, 188.	Clem. Alex. Protr. c. 47 p. 41 P.	Schol. ad Soph. Oed. Col. v. 42.
Τρεῖς ἦσαν, ὧν τὰς μὲν δύο τὰς ἑκατέρωθεν Σκόπας ὁ Πάριος πεποίηκεν ἐκ τῆς λυχνίτου λίθου, τὴν δὲ μέσην Κάλαμις.	*Τῶν Σεμνῶν Ἀθήνησιν καλουμένων θεῶν τὰς μὲν δύο Σκοπᾶς ἐποίησεν ἐκ τοῦ καλουμένου Λυχνέως λίθου, Κάλαμις δὲ τὴν μέσην αὐταῖν. ἱστοροῦντα ἔχω σοι*[15a]) *Πολέμωνα δεικνύναι ἐν τῇ τετάρτῃ πρὸς Τίμαιον.*	*Φύλαρχος φησὶ δύο αὐτὰς εἶναι, τά τε Ἀθήνησιν ἀγάλματα δύο. Πολέμων δὲ τρεῖς αὐτάς φησιν.*

In altera horum scholiorum parte Istri sententia profertur:

Aesch. schol.	Soph. schol.
Οἱ δὲ Ἀρεοπαγῖται τρεῖς που τοῦ μηνὸς ἡμέρας τὰς δίκας ἐδίκαζον τὰς φονικὰς, ἑκάστῃ τῶν θεῶν μίαν ἡμέραν ἀπονέμοντες. ἦν δὲ τὰ πεμπόμενα αὐταῖς ἱερὰ πόπανα καὶ γάλα ἐν ἄγγεσι κεραμικοῖς. φασὶ μέντοι αὐτὰς οἱ μὲν[16]) *Γῆς εἶναι καὶ Σκότους, οἱ δὲ Σκότους καὶ Εὐωνύμης, ἣν καὶ Γῆν ὀνομάζεσθαι. κληθῆναι δὲ Εὐμενίδας ἐπ' Ὀρέστου,*	*Ἴστρος δὲ ἐν τῇ δ' μητέρα τᾶν Εὐμενίδων Εὐωνύμην ἀναγράφει, ἣν νομίζεσθαι Γῆν. ἔνιοι δὲ μεταβαλεῖν αὐτὰς φασὶ τὸ ὄνομα ἐπὶ Ὀρέστῃ. τότε γὰρ πρῶτον Εὐμενίδας κληθῆναι, εὐμενεῖς αὐτῷ γενομένας κριθέντι νικᾶν παρ' Ἀθηναίοις καὶ ὁλοκαυτήσαντι αὐταῖς ὄϊν*

15a) Sic O. Jahn apud Dind. Cod. *Κάλαμις δὲ ἣν μέσην αὐταῖν ἱστοροῦντα ἔχουσι Πολέμωνα κτλ.*

16) Sophocli deberi haec sententia adparet ex Oed. Col. v. 40:

αἱ γὰρ ἔμφοβοι
θεαί σφ' ἔχουσι, Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι.

πρότερον Ἐρινύας καλουμένας.	*μέλαιναν ἐν Κερυνείᾳ* (sic O. Mueller), *Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς ἑτέρας φησὶ τὰς σεμνὰς θεὰς τῶν Εὐμενίδων* [17]).

Haec scholia cum ita comparata sint, ut alterum ex altero fluxisse nequeat, ad eundem fontem referenda sunt eumque satis antiquum, ut ex schol. Soph. Oed. Col. concludi licet, cum illa eorum pars, sub qua *ὑπόμνημα* ad geographiam Atticam pertinens latet, grammatico cuidam alterius sive primi saeculi a. Ch. debeatur. Obvertat quispiam Soph. schol. mutilatum nobis exstare: at quid, obsecro, illud de Areopagitis in scholio Aeschineo ad Sophoclem! Itaque ad Polemonis aetatem ascendimus et nescio an recte coniciam, scholia illa ex Polemone, quippe cuius frustulum in fronte exstet, desumpta esse.

Deinde a Dionysio Scytobrachione Istri opus adhibitum esse apparet ex frg. 60 a, quod ad Atthidem redire propter Phinei cum Erechthei filia coniunctionem veri est simillimum.

Inter eos scriptores, qui aetatem tulerunt, Plutarchus et Athenaeus Istri Atthidum collectionem nominant (cf. frg. 12, 14). Ab altero Istri opus saepius adhibitum esse quam ipse significat infra demonstrabitur, alterum vero ipsum Istrum inspexisse probari nequit. His adice scriptoribus Hyginum, cuius Astronomiae debemus frg. 18 [18]).

Vidimus igitur, Istri Atthidum collectionem a nonnullis scriptoribus inde ab altero a. Ch. saeculo iisque

---

17) Difficile est dictu, num omnia, quae ex scholio exscripsi, ad Istrum redeant. Sub *ἐνίοις* latet Aeschylus. Cf. Harp. s. v. *Εὐμενίδες*.

18) Robert de Eratosth. catast. rel. p. 230.

haud indoctis, cum de fabulis sive antiquitatibus Atticis agebant, in usum vocatam esse: inde quod Istri nomen apud alios scriptores, qui de fabulis Atticis non strictim, sed data opera narraverant, non exstat, nihil omnino colligi potest. Nam de compilatore ipso, quem exscripserunt, altum silentium apud veteres scriptores esse solet, ea autem, quae in opere eius invenerunt sive adiecto nomine auctoris a compilatore adhibiti sive omisso avidissime arripiunt: ita fit, ut nobis perpauca scriptorum compilatorum frustula exstent veluti Dionysii Scytobrachionis. Idem Istri exemplo probari potest. In libello, qui *Αἰγυπτίων ἀποικίαι* inscribitur, Ister Isidem Promethei filiam fuisse prodiderat. Cf. Clem. Alex. Str. I p. 322 C: *Ταύτην* ⟨sc. *τὴν Ἶσιν*⟩ *δὲ Ἴστρος ἐν τῷ περὶ τῆς Αἰγυπτίων ἀποικίας Προμηθέως θυγατέρα φησίν.* Eadem sententia apud Plut. de Iside et Osiride c. 37 Anticlidi vindicatur: *Ἐῶ δὲ Μνασέαν τῷ Ἐπάφῳ προστιθέντα τὸν Διόνυσον καὶ τὸν Ὄσιριν καὶ τὸν Σάραπιν. ἐῶ καὶ Ἀντικλείδην λέγοντα τὴν Ἶσιν Προμηθέως οὖσαν θυγατέρα Διονύσῳ συνοικεῖν.* Inde alterum ab altero exscriptum esse colligamus necesse est nec Istrum Anticlidi, sed Anticlidem illi in manibus fuisse cum temporis ratio [19]) docet, tum ex Plut. de Mus. c. 14 colligas: *Ὅτι δ' οὗτος οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, Ἀντικλῆς καὶ Ἴστρος ἐν ταῖς Ἐπιφανείαις περὶ τούτων ἀφηγήσαντο.* Itaque sicut hoc loco, ita alterum Anticlidis testimonium ad Istrum redire apparet. Contra exemplum, ex quo compilatorem pro fonte positum esse elucet, exstat apud Suidam s. v. *Θεὸς ἡ Ἀναίδεια. ἐτιμᾶτο δὲ καὶ Ἀθήνησιν ἡ Ἀναίδεια καὶ ἱερὸν ἦν αὐτῆς, ὡς Ἴστρος ἐν ιδ'.*

19) Anticlidem Istrum aetate superasse ex Plut. Alex. 46 colligas, ubi Anticlides inter Ptolemaeum Lagi et Duridem excitatur: *Ἀριστόβουλος δὲ καὶ Χάρης ὁ εἰςαγγελεὺς καὶ Πτολεμαῖος καὶ Ἀντικλείδης . . . καὶ Δοῦρις ὁ Σάμιος πλάσμα φασὶ γεγονέναι τοῦτο.*

Ἀναιδείας[19a]) igitur fanum Athenis fuisse Ister testatur: at templum huius deae nunquam exstitisse, sed in Areopago duos lapides, in quibus accusatores reique stabant, nominatos esse *Ὕβρεως* et *Ἀναιδείας λίθους* Paus. I, 28, 5 tradit. Ex illis lapidibus postea sacra facta sunt, de quibus primus Theophrastus narraverat. Cf. Zenob. IV, 36 p. 94 Schneid. *Θεὸς ἡ Ἀναίδεια. Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ νόμων Ὕβρεως καὶ Ἀναιδείας παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις εἶναι βωμούς*[20]). Apparet, opinor, Istri sententiam ad Theophrastum redire, nec dubito, quin ille utpote compilator accuratissimus fontem addiderit.

Cap. II.

De Plutarchi Thesei vita.

Iam postquam Istri operis indolem paucis illustravimus, num alibi scriptoris nostri frustula deprehendere possimus, circumspiciendum est. Initium capiamus a Plutarchi Thesei vita. De huius scriptoris vitarum fontibus quicunque agere vult, hoc imprimis spectare debet, ut uniuscuiusque loci ratione accuratissime examinata coniecturam de fonte cuiusque narrationis faciat neque totam vitam ad unum fontem referendam esse statuat. Haec coniectura facillima est, at nemo est, qui demonstrare possit de Plutarcho, cum ille scriptor in eo differat a plerisque illius aetatis scriptoribus, quod haud levi ingenio praeditus ad innumerabilia fere scripta elaboranda permultos

---

19a) *Ἀναίδειαν* non impudentiam, sed implacabilitatem esse Kaibelius monet. Cf. Draconis leg.

20) Cf. Cicero de leg. II, 11, 28: „nam illud vitiosum Athenis, quod Cylonio scelere expiato Epimenide Crete suadente fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae.“ Cf. Clem. Alex. Protr. II, 26.

scriptores excerpsit eorumque frustula modo hic modo illic optimo iudicio scriptis suis inseruit. Quae si reputaveris, improbanda est Gilberti coniectura, qui in Philologi vol. 33 p. 46 sq. totam Thesei vitam duobus initii capitibus exceptis ex Istro fluxisse omnesque alios, qui citantur, auctores nonnisi per Istrum ei notos fuisse statuit. In hac quidem re errasse virum illum doctum, alia vero recte coniecisse demonstrare posse mihi videor.

Proficiscendum est a Thesei vitae c. 34, ubi Plutarchus miram illam de Aethra, Paride et Hectore historiam ex tertio decimo libro Istri *Ἀττικῶν* a se desumptam esse dicit. Refutat in fine capitis historiam his verbis: *ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔχει πολλὴν ἀλογίαν*, ex qua refutatione Istrum fontem primarium Plutarchi fuisse sequeretur, si verum esset, quod Peter in Symb. phil. Bonn. II p. 459 posuit: „die hauptquelle wird gewöhnlich nur dann genannt, wenn eine mitteilung derselben als falsch zurückgewiesen werden soll.“ Sed hoc quidem certum, Istri opus ab eo lectum esse[21]): inde colligo, quod libri numerum, in quo miram illam narratiunculam invenit, addit Plutarchus, quod in ceteris huius vitae scriptoribus frustra quaeras. Quae cum ita sint, in aliis quoque vitae partibus Istrum subesse sponte nascitur suspicio. Nec ea suspicio nos fefellit. Sed priusquam ad Istri vestigia

---

21) Ex alia quoque Plutarchi vita Istri frustulum elici potest. Sol. c. 24: *Οὐκ ἂν οὖν τις ἡγήσαιτο παντελῶς ἀπιθάνους τοὺς λέγοντας, ὅτι καὶ σύκων ἐξαγωγὴ τὸ παλαιὸν ἀπείρητο καὶ τὸ φαίνειν ἐνδεικνύμενον τοὺς ἐξάγοντας κληθῆναι συκοφαντεῖν* conferas cum Ath. III p. 74 e. Redit haec etymologia in schol. Plat. in Polit. p. 333: *συκοφάντης λέγεται ὁ ψευδῶς τί τινος κατηγορῶν. κεκλῆσθαι δ' οὕτω παρ' Ἀθηναίοις πρῶτον εὑρεθέντος τοῦ φυτοῦ τῆς συκῆς καὶ διὰ τοῦτο κωλυόντων ἐξάγειν τὰ σῦκα. τῶν δὲ φαινόντων τοὺς ἐξάγοντας συκοφαντῶν κληθέντων, συνέβη καὶ τοὺς ὁπωσοῦν κατηγοροῦντάς τινων φιλαπεχθημόνως οὕτω προςαγορευθῆναι.* Cf. Etym. M. v. *συκοφαντία καὶ συκοφαντεῖν.*

indaganda aggrediar, gravissimum detegam indicium, quo compilatoris frustula agnoscas. Iam antea notavi Istri opus sic fuisse institutum, ut nulla arte critica adhibita quaslibet narrationes in unum congereret: itaque fieri potuit, ut illi scriptores, qui eum exscripserunt, dummodo ipsi illam artem exercerent, absurde enarrata castigarent dataque opera ei obloquerentur. Id a Plutarcho factum videmus in narratione modo ex Istro memorata: iterum Plutarchum castigatorem deprehendis in c. 10 et 32, in quibus scriptorum Megaricorum sententias respuit. Ergo si scriptores Megaricos a Plutarcho ipso lectos esse demonstrari nequit, dein si iudicia, quae de eorum fabulis addere ei libuit, eiusdem indolis sunt, nonne has quoque narrationes eidem compilatori deberi mecum censebis?

Iam vero idem Thesei feminarum catalogus, quem Athenaeus ex Istro profert, redit apud Plutarchum c. 29.

Ath. XIII p. 557 a.

Θησεὺς δὲ Ἑλένην ἁρπάσας ἑξῆς καὶ Ἀριάδνην ἥρπασεν. Ἴστρος γοῦν ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῶν Ἀττικῶν, καταλέγων τὰς τοῦ Θησέως γενομένας γυναῖκας, φησὶ τὰς μὲν αὐτῶν ἐξ ἔρωτος γεγενῆσθαι, τὰς δ' ἐξ ἁρπαγῆς, ἄλλας δ' ἐκ νομίμων γάμων. ἐξ ἁρπαγῆς μὲν Ἑλένην, Ἀριάδνην, Ἱππολύτην καὶ τὰς Κερκύονος καὶ Σίνιδος θυγατέρας. νομίμως δ' αὐτὸν γῆμαι Μελίβοιαν τὴν Αἴαντος μητέρα. Ἡσίοδος δέ φησι καὶ Ἱπ-

Plut. Thes. 29.

Εἰσὶ μέντοι λόγοι περὶ γάμων Θησέως καὶ ἕτεροι τὴν σκηνὴν διαπεφευγότες οὔτε ἀρχὰς εὐγνώμονας οὔτε εὐτυχεῖς τελευτὰς ἔχοντες. Καὶ γὰρ Ἀναξώ τινα Τροιζηνίαν ἁρπάσαι λέγεται καὶ Σίνιν ἀποκτείνας καὶ Κερκύονα συγγενέσθαι βίᾳ ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν· γῆμαι δὲ καὶ Περίβοιαν τὴν Αἴαντος μητέρα καὶ Φερέβοιαν, αὖθις καὶ Ἵππην (sic) *τὴν Ἰφικλέους. καὶ διὰ τὸν Αἴγλης ἔρωτα τῆς Πανοπέως, ὥσπερ εἴρηται* (c. 20) *τὴν Ἀριάδ-*

πην καὶ Αἴγλην, δι᾽ ἣν καὶ τοὺς πρὸς Ἀριάδνην ὅρκους παρέβη, ὥς φησι Κέρκωψ. Φερεκύδης δὲ προστίθησι καὶ Φερέβοιαν. πρὸ δὲ τῆς Ἑλένης καὶ ἐκ Τροι[ζηνί]ας ἥρπασεν Ἀναξώ. μετὰ δὲ τὴν Ἱππολύτην Φαίδραν ἔσχεν. *νης ἀπόλειψιν αἰτιῶνται μὴ καλὴν γενέσθαι. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν πόλεμον μὲν ἐμπλῆσαι τὴν Ἀττικὴν κτλ.*

Plutarcho artiorem necessitudinem cum Athenaei catalogo intercedere quis est qui neget? Sed statim ex eodem fonte utrumque auctorem copiolas suas desumpsisse contendenti mihi haud scio an nemo assensurus sit. Itaque accuratius inquiramus. Atque primum quidem Plutarchus ipse expressis verbis (*λόγοι τὴν σκηνὴν διαπεφευγότες*) hanc enumerationem non ex poetarum copiis profectam esse dicit. Quaeritur, num ipse catalogum consarcinarit. Ex Plutarchi verbis nihil lucis affulget ad hanc quaestionem solvendam: at si comparaveris cum Athenaeo, fatendum est miro profecto casu factum esse, si duo diversi scriptores Thesei feminarum catalogum elaborassent eiusdem ordinis tripartiti: nam utrubique exstant vestigia illius ordinis ab Istro in catalogo instituti, quo alias amore commotum, alias raptu, alias denique legitimis nuptiis Theseum sibi uxores condonasse narraverat. Vestigia dico, cum apud utrumque primum ordinis membrum desit, nisi forte ex Plutarchi verbis: *καὶ διὰ τὸν Αἴγλης ἔρωτα* elicias; duo alia membra exstant: *ἐξ ἁρπαγῆς* et *νομίμως γῆμαι* apud Athenaeum incipientia, apud Plutarchum *ἁρπάσαι λέγεται* et *γῆμαι δὲ καί*. Causa ordinis perturbati haud scio an in eo posita sit, quod Ister ipse, siquidem Athenaeus eum accuratius exscripsit, illum ordinem neglegenter instituit. Certius iudicabis, si enuntiatorum similitudinem intuitus eris: ab utroque Sinidis et Cercyonis filiarum nomina omittuntur, ab utroque Anaxo nominatur Troezenia,

Periboea sive Meliboea[22]), mater Aiantis, dein ab utroque Hippe et Aegle iuxta ponuntur, denique eadem Ariadnem derelinquendi causa ab utroque additur. Ea tantum re discrepant, quod Athenaeus accuratius, Plutarchus vero paulo prolixius catalogum in usum suum convertit. Neque hoc mirum est, quoniam Plutarchum non eum fuisse scriptorem scimus, qui diligentissime se ad verba fontis adplicaret, sed qui historias sive sententias ab aliis prolatas liberius tractaret. Scrupulum movere potest, quod nonnullarum feminarum nomina desunt apud Plutarchum. At ille scrupulus facile evellitur, si cogitamus de feminis, quas omisit Plutarchus, iam antea ab eo actum esse, ut nomina earum repetere supervacaneum fuerit[23]). Cf. de Ariadne c. 19, 20, de Amazona et Phaedra c. 28, de Helena denique dicit in capitibus, quae sequuntur.

Istrum igitur catalogi a Plutarcho prolati fontem

---

22) Utrumque nomen in fonte exstitisse putandum est: utrumque scriptoribus notum est. Cf. Xen. Cyn. 1, 9: *Τελαμὼν δὲ τοσοῦτος ἐγένετο, ὥστε ἐκ μὲν πόλεως τῆς μεγίστης, ἣν αὐτὸς ἐβούλετο, γῆμαι Περίβοιαν τὴν Ἀλκάθου.* Apoll. III, 12, 7, 2. Meliboeae nomen legitur apud Statium Silv. III, 5 v. 48, quem locum Georgius Knaack amicus mihi suppeditavit.

Questa est Aegiale, questa est Meliboea relinqui.

Eriboea nominatur a poetis antiquis: Pind. I, 6, 65. Soph. Ai. 569. Cf. Lehrs Arist. p. 249.

23) Eundem catalogum Plutarchus strictim attigit in Thesei et Romuli comparatione c. 6: *καὶ μὴν τὰ περὶ τὰς ἁρπαγὰς τῶν γυναικῶν ἡμαρτημένα Θησεῖ μὲν εὐσχημόνως ἐνδεᾶ προφάσεως γέγονε. Πρῶτον μὲν ὅτι πολλάκις· ἥρπασε γὰρ Ἀριάδνην καὶ Ἀντιόπην καὶ Ἀναξὼ τὴν Τροιζηνίαν, ἐπὶ πάσας δὲ τὴν Ἑλένην, παρηκμακὼς οὐκ ἀκμάζουσαν, ἀλλὰ νηπίαν καὶ ἄωρον αὐτὸς ὥραν ἔχων ἤδη γάμων πεπαῦσθαι καὶ νομίμων.* Noli in eo offendere, quod hic Amazo Antiope, illic Hippolyte nominatur: dissentiunt scriptores in eius nomine. Apud Istrum sine dubio utrumque exstitit.

esse non est cur negemus. Quod si recte statui, inspicias velim accuratius verba c. 20: *Πολλοὶ δὲ λόγοι καὶ περὶ τούτων ἔτι λέγονται καὶ περὶ τῆς Ἀριάδνης, οὐδὲν ὁμολογούμενον ἔχοντες. Οἱ μὲν γὰρ ἀπάγξασθαί φασιν αὐτὴν ἀπολειφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Θησέως, οἱ δὲ εἰς Νάξον ὑπὸ ναυτῶν κομισθεῖσαν Οἰνάρῳ τῷ ἱερεῖ τοῦ Διονύσου συνοικεῖν, ἀπολειφθῆναι δὲ τοῦ Θησέως ἐρῶντος ἑτέρας.*

Δεινὸς γάρ μιν ἔτειρεν ἔρως Πανοπηΐδος Αἴγλης.

Τοῦτο γὰρ τὸ ἔπος ἐκ τῶν Ἡσιόδου Πεισίστρατον ἐξελεῖν φησιν Ἡρέας ὁ Μεγαρεύς, ὥσπερ αὖ πάλιν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου νεκυίαν τὸ

Θησέα Πειρίθοόν τε θεῶν ἀριδείκετα τέκνα

χαριζόμενον Ἀθηναίοις.

Ariadnen igitur a Theseo amore Aeglae commoto desertam esse versu poetae cuiusdam addito Plutarchus narrat versumque illum a Pisistrato e corpore carminum Hesiodeorum remotum esse addit. Idem de Ariadne a Theseo derelicta ab Istro poetae testimonio niso prolatum esse ex Athenaei verbis coll. cum Plut. Thesei feminarum catalogo sequitur. Itaque inter Plutarchi fontem et Istrum necessitudinem quandam intercedere non infitiabere: communis est causa, cur Theseus Ariadnen deseruerit, commune poetae cuiusdam testimonium ad hanc rem probandam. Accedit aliud. Athenaei testimonio Istrum in Hesiodi carminibus Aeglen uxorem fuisse Thesei legisse constat, nihil autem de Ariadne propter amorem Aeglae derelicta: immo huius rei Cercopem poetam epicum, qui cum Hesiodo certasse dicitur ex Aristotelis testimonio [24]), testem profert. Quid? si versum illum a Plutarcho exhibitum ut Hesiodeum novisset, cur tandem Cercopis testimonium adposuit? Cur non id quoque ab Hesiodo, qui Aeglae Thesei coniugis testis est, narratum esse pergit? Causam video nullam. At

24) Diog. Laert. II, 46.

res plana et perspicua fit, si Plutarchi locum, de quo agimus, accuratius inspicias. Adfert ille versum, quem Atheniensium gratia ex Hesiodo eiecisse Pisistratum Hereas testatur scriptor Megarensis. Exstabant igitur Hesiodi exemplaria eaque nimirum pervulgata, in quibus versus ille non legebatur: Ister quidem et Plutarchi fons in Hesiodeis eum non legisse videntur, siquidem particulam γάρ post versum a Plutarcho positam recte interpretaris. Atque Hereae sententia, quam adicit Plutarchus, tam arte cohaeret cum versu antecedenti, ut suspicari liceat ex eodem auctore et versum et Hereae sententiam petitam esse. idem de Istro ipsius Plutarchi verbis demonstratur, qui in Thesei feminarum catalogo c. 29 sic scribit: *διὰ τὸν Αἴγλης ἔρωτα ἀπόλειψιν αἰτιῶνται μὴ καλὴν γενέσθαι μηδὲ πρέπουσαν.* haec verba postulare mihi videntur, ut Pisistratum illum versum ex Hesiodo eiecisse ab eodem auctore proditum esse putemus, ex quo catalogus ille desumptus sit id est ex Istro, quia causam exhibent, cur Pisistratus versum removerit [25]). Vides de Plutarchi fonte idem valere, quod de Istro: quid igitur multa? Apparere mihi videtur Istrum illius Plutarchi narrationis fontem esse et Hereae commemorationem per Istrum in Plutarchum transisse: adprime huc quadrat, quod Heream ante Hermippum Callimachium vixisse ex Plut. Sol. c. 10 elucet, in quo Hereae testimonium ad Hermippum redire probabile est [26]). Ac quoniam fabulam de Ariadne a Theseo deserta Ister Cercopi vindicat, haud scio an summa probabilitatis specie versum a Plutarcho excitatum Cercopi tribuendum esse coniciam. Res igitur sic se habere videtur: in Cercopis carmine Ariadnen a Theseo propter Aegles amorem derelictam esse narrabatur: unus ex illis

25) Cf. de hac re Markscheffel Hesiodi fragm. p. 160 sq.
26) Wilamowitz Phil. Unters. Vol. VII p. 259.

versibus apud Hesiodum in illo carmine, in quo de Hippe et Aegle canebat, interpolatus legebatur: itaque a grammatico ex Hesiodi carmine eiectus est idque a Pisistrato factum esse scriptor Megarensis invidiosissimus coniecit. Omnia igitur plana: initium huius capitis ad Istrum redit. Paeonis vero Amathusii, qui in hoc capite citatur, narrationem ex eodem Istro adscitam esse demonstrari nequit: res diiudicatu difficillima est, cum ne de aetate quidem huius viri quidquam notum sit.

Ex eis, quae modo disputata sunt, cum Plutarchum Hereae libros non inspexisse adpareat, nullus dubito, alteram eiusdem scriptoris rarissime, ut videtur, lecti memoriam eidem Istro vindicare. Cf. c. 32: *Ἡρέας δ' ὑπὸ Θησέως αὐτοῦ περὶ Ἀφίδνας ἀποθανεῖν τὸν Ἄλυκον ἱστόρηκε καὶ μαρτύρια ταυτὶ τὰ ἔπη παρέχεται περὶ τοῦ Ἀλύκου*

τὸν ἐν εὐρυχόρῳ ποτ' Ἀφίδνῃ
μαρνάμενον Θησεὺς Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο
κτεῖνεν.

Οὐ μὴν εἰκὸς αὐτοῦ Θησέως παρόντος ἁλῶναι τήν τε μητέρα καὶ τὰς Ἀφίδνας. Quodsi recte statui, idem de verbis antecedentibus: *Ἐνταῦθά φασι τὸν Ἄλυκον πεσεῖν τὸν Σκίρωνος υἱόν, συστρατευόμενον τότε τοῖς Διοσκούροις, ἀφ' οὗ καὶ τόπον τῆς Μεγαρικῆς Ἄλυκον καλεῖσθαι τοῦ σώματος ἐνταφέντος* demonstratum est, quippe quae tam arte cohaereant, ut divelli nullo modo possint. De Dicaearchi frustulo, quod in hoc capite exstat, ne quid temere concludatur cavendum est, praesertim cum Dicaearchum a Plutarcho ipso inspectum esse nec demonstrari nec refutari possit. Sed quae in capite 10 ex scriptoribus Megarensibus, sub quibus haud scio an Hereas lateat, de Scirone narrantur, ad eundem Istrum referenda esse facile tibi persuadeas. Fabula est mere Megarica: negarunt scriptores Megarici

Scironem[26a]) latronem fuisse, immo latronum vindicem eum fingebant, qui a Theseo, cum Eleusinem caperet, interfectus sit. Plutarcho haec de Scirone fabula, quae indolem vetustissimam retinuisse videtur[27]), ignota est: novit tantum versionem Euripideam in Satyrica *Σκίρων* excultam: itaque vituperium illud, quod in fine huius capitis legitur: *ταῦτα μὲν οὖν ἔχει τοιαύτας ἀντιλογίας*, vides quam optime eis, quae antea disserui, conveniat.

Satis opinor adparet, Istri Atthidum collectionem saepius quam ipsa nominatur a Plutarcho adhibitam esse. Atque initium c. 20, quod ex Istro fluxisse supra demonstratum est, certum indicium mihi praebere videtur ad alia Istri frustula enucleanda. Inde enim quas Plutarchus de Ariadne a Theseo deserta fabularum discrepantias affert, eas non a Plutarcho ipso collectas esse sequitur: immo illas discrepantias eum in Istri opere, quippe quem scriptorum testimonia collegisse sciamus, in unum coniunctas invenisse satis confidenter pronuntio. Eiusdem rei documento est fabula de sepultura ad Thebas interfectorum c. 29: *Συνέπραξε δὲ καὶ* (sc. *ὁ Θησεύς*) *Ἀδράστῳ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ πεσόντων, οὐχ ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν ἐν τραγῳδίᾳ μάχῃ τῶν Θηβαίων κρατήσας, ἀλλὰ πείσας καὶ σπεισάμενος· οὕτω γὰρ οἱ πλεῖστοι λέγουσι . . . Ταφαὶ δὲ τῶν μὲν πολλῶν ἐν Ἐλευθεραῖς δείκνυνται, τῶν δὲ ἡγεμόνων περὶ Ἐλευσῖνα καὶ τοῦτο Θησέως Ἀδράστῳ χαρισαμένου.*

26a) Cf. Robert, über die Skirophorien in Herm. Vol. XX p. 350.

27) Wilam. Herm. Vol. IX p. 325. Ineptum est, quod Boettiger coniecit: cf. Nauck F. T. G. p. 451. Sequitur ex vasis pictis. Nec vero Wilamowitzio adsentior (cf. p. 325 adn. 1) Euripidis satyricam primum fuisse Scironis latrocinii testimonium arbitrato. Sine dubio Theseidis auctor ut de ceteris Thesei facinoribus Troezene Athenas euntis sic etiam de Scirone egit.

Καταμαρτυροῦσι δὲ τῶν Εὐριπίδου Ἱκετίδων αἱ Αἰσχύλου Ἐλευσίνιοι, ἐν οἷς καὶ ταῦτα λέγων ὁ Θησεὺς πεποίηται. Duae eiusdem fabulae formae a Plutarcho proferuntur: in altera Euripidis vestigia leguntur, qui Supplicum fabula Theseum victoria a Thebanis reportata corpora in Atticam deportasse ibique sepelienda curasse narraverat; altera fabula, qua Thebanos sua sponte corpora Theseo tradidisse narratur, magis divulgata erat, et plerisque, ut Plutarchus dicit, nota velut Aeschylo, si quidem ultima capitis verba: *Καταμαρτυροῦσι δὲ τῶν Εὐριπίδου Ἱκετίδων οἱ Αἰσχύλου Ἐλευσίνιοι* recte huc refero. Unde scire potuit Plutarchus fabulam illam vulgarem fuisse? Contendi potest ab eo, qui testimonia huius fabulae conrasit: quid igitur? iterum deprehendis compilatorem, ex quo Plutarchus huius fabulae discrepantias desumpsit. Quadrat huc, quod utramque narrationem non a Plutarcho ipso, sed a fonte conrasam esse Paus. I, 39, 2 docet: *Κρέων γάρ, ὅς ἐδυνάστευε τότε ἐν Θήβαις Λαοδάμαντα ἐπιτροπεύειν τὸν Ἐτεοκλέους, οὐ παρῆκε τοῖς προςήκουσιν ἀνελομένοις θάψαι· ἱκετεύσαντος δὲ Ἀδράστου Θησέα καὶ μάχης Ἀθηναίων γενομένης πρὸς Βοιωτούς, Θησεὺς ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ κομίσας ἐς τὴν Ἐλευσινίαν τοὺς νεκροὺς ἐνταῦθα ἔθαψε. Θηβαῖοι δὲ τὴν ἀναίρεσιν τῶν νεκρῶν λέγουσιν ἐθέλοντα δοῦναι, καὶ συνάψαι μάχην οὔ φασι.* Utramque fabulam non fortuito iuxta positam esse a Pausania haud sci[o] an mihi concedas. Itaque nihil aliud restat nisi quo[d] equidem iam supra conclusi: nam in Thebanis illis, quo[s] Pausanias alterius narratiunculae testes inseruit, nem[o] haerebit, qui Pausaniam bene novit eumque fontes ob[-] scurandi causa saepissime narrationes ex scriptoribu[s] desumptas incolis attribuisse pro explorato habet[28].

Alterum exemplum exstat in Thes. c. 15: *τοὺς* [...]

28) Cf. quae infra de Pausania disputabo.

παῖδας εἰς Κρήτην κομιζομένους ὁ μὲν τραγικώτατος μῦθος ἀποφαίνει τὸν Μινώταυρον ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ διαφθείρειν, ἢ πλανωμένους αὐτοὺς καὶ τυχεῖν ἐξόδου μὴ δυναμένους ἐκεῖ καταθνήσκειν, τὸν δὲ Μινώταυρον, ὥσπερ Εὐριπίδης φησί,

Σύμμικτον εἶδος κἀποφώλιον βρέφος

γεγονέναι καὶ

Ταύρου μεμῖχθαι καὶ βροτοῦ διπλῇ φύσει.

Eadem fabulae discrepantia redit in Tzetz. Chil. 11, 355[28a]): *εἰς ὃν* (sc. *λαβύρινθον*) *ἦν ὁ Μινώταυρος, βοάνθρωπον θηρίον· πολλοὶ δὲ ἐγκλειόμενοι ἐκεῖσε ἀνῃροῦντο ὑπὸ τοῦ Μινωταύρου μὲν, ὥσπερ τισὶν ἀρέσκει καὶ Εὐριπίδῃ δὲ αὐτῷ ἐν δράματι Θησεῖ, κατά τινας ἑτέρους δὲ καμπαῖς δυσεξελεύτοις.* Cf. Apoll. bibl. III, 1, 4, 4: *οἴκημα καμπαῖς πολυπλόκοις πλανῶν τὴν ἔξοδον.*

Aliud Istri frustulum in narratione de Oschophoriis (c. 23) deprehendi potest. De illo Oschophoriorum festo etsi omnes certe Atthidum scriptores narraverant, nobis tamen trium tantum Atthidographorum fragmenta exstant, Demonis [29]), Philochori et Istri, quorum pro se quisque non strictim, sed data opera de hac re egisse videtur. Quid Ister de Oschophoriis protulerit, ex Harpocratione intellegitur s. v. *ὀσχοφόροι· περὶ τῶν ὀσχοφόρων ἄλλοι τε εἰρήκασι καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ β'.* (sic cum Boeckhio scribendum est) *ὁ δὲ Ἴστρος ἐν τῇ ιγ' περὶ Θησέως λέγων γράφει οὕτως· ἕνεκα τῆς κοινῆς σωτηρίας νομίσαι τοὺς καλουμένους ὀσχοφόρους καταλέγειν β' τῶν γένει καὶ πλούτῳ προὐχόντων. ἡ δὲ ὄσχη κλῆμά ἐστι βότρυς ἐξηρτημένους ἔχον· ταύτην δὲ ὀρεσχάδα ἔνιοι καλοῦσιν* [30]). Ex hoc brevissimo Istri frag-

---

28a) Haud scio an hanc discrepantiam Tzetzes ex Apollodori bibliotheca desumpserit.

29) Plut. Thes. c. 23 et Harpoc. s. v. *Ὀσχοφόροι.*

30) Idem Istri fragmentum latet in Hesychii glossa *ὀρεσχάς· τὸ σὺν τοῖς βότρυσιν ἀφαιρεθὲν κλῆμα.*

mento plura ad ea, quae ab eodem auctore narrata
erant de Oschophoriis, restituenda lucramur. Exspec-
tandum enim est eum, qui binos Oschophoros[30a]) ex
nobilibus familiis illo die festo electos esse memorat,
etiam causam illius moris indicasse, praesertim cum eum
accuratissimum fuisse in fabulis enarrandis sciamus.
Iam vero causa legitur apud Plutarchum eaque eiusmodi
ut optime Istri narrationi conveniat[31]). Itaque non
dubito, quin id, quod a Plutarcho de duobus adulescen-
tibus duarum virginium sorte electarum loco in Cretam
cum Theseo missis narratur, apud eundem Istrum ex
stiterit. Quae vero de Oschophoriis a Theseo post ex
peditionem Cretensem institutis narrantur, redeun
apud Istrum. Inde suspicio nascitur, totam illam d
Oschophoriis narrationem ex Istro a Plutarcho desum
ptam esse. Quod in calce additur de Deipnophoris leg
tur in Hyperidis fragmento apud Harp. s. v. *δειπνοφ*
ρος. Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Δημίου „λέγεται δὲ καὶ τ
δειπνοφόρους καταλέγεσθαι νῦν, ὅτι αἱ τῶν κατακεκλε
μένων παίδων μητέρες εἰςέπεμπον καθ᾽ ἡμέραν αὐτο
τροφὴν εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερόν, ἐν ᾧ διῃτῶντο κ
αὐταὶ συνῄεσαν ἀσπασόμεναι τοὺς ἑαυτῶν.“ Eadem
Deipnophoris fabula a Philochoro narrata erat: exst
in Bekk. Anecd. p. 239: *Φιλόχορος δέ φησι τὰς μητέρ*
τῶν δὶς ἑπτὰ παίδων, τῶν κατακλεισθέντων, ἵνα πεμ
θῶσι τῷ Μινοταύρῳ, πέμπειν καθ᾽ ἡμέραν αὐτ
δεῖπνον καὶ φοιτᾶν πρὸς αὐτοὺς καὶ μετὰ τὴν ὑποστ
φὴν ὥσπερ εὐχὴν ἀποδιδόντας ἐν τῇ ἑορτῇ ἄγειν τ

30a) Cf. Robert Herm. XX p. 356.

31) De duobus adulescentibus narratio causa omi
redit in Procl. Chrestom. (Phot. bibl. Bekk. p. 322):
crepat a Plutarcho in deorum nominibus, quibus osc
phoria aguntur. Fortasse non errabit, si quis hanc nar
tionem ad Philochorum redire coniecerit: quod quidem
fine additur de pentaploa, certe ad Philochorum re
Cf. frg. 43.

παῖδας τὰ δεῖπνα, καλουμένους δειπνοφόρους. In eo non haerendum est, quod Philochorus *δειπνοφόρους* pueros nominat, Plutarchus vero feminas eas fuisse fingit: nam sine dubio pueri erant, qui feminarum partes agebant. Plutarchus hanc totam de Deipnophoris et Oschophoris narrationem Demoni vindicat: sed a Philochoro aliisque scriptoribus idem narratum esse haud ignorasse videtur, siquidem consulto in fine narrationis addit: *ταῦτα μὲν οὖν καὶ Δήμων ἱστόρηκεν.* Illud *καί* ante Demonis nomen urgendum mihi esse videtur: tum vero sic interpretandum est, ut praeter Demonem alios scriptores idem de Oschophoriis memoriae tradidisse Plutarcho notum fuerit. Iam cogitari potest a Plutarcho ipso Philochori, Demonis aliorumque de hoc festo narrationes lectas esse, ex quibus sibi Demonis testimonium eligeret. at reputes velim, quod apud Harpocrationem legitur: *περὶ τῶν ὀσχοφόρων ἄλλοι τε εἰρήκασι καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ β΄. ὁ δὲ Ἴστρος ἐν τῇ ιγ΄ κτἑ*: inde apparere mihi videtur ab Istro Philochori aliorumque scriptorum testimonia allata esse. Res igitur sic se habet: in narratione Plutarchea de Oschophoriis certissimum investigavimus Istri frustulum, deinde ex verbis, quibus fontem adiungit diversos ei praesto fuisse Atthidum scriptores sequitur, denique diversorum scriptorum testimonia ab Istro collata esse videntur: vides omnia optime in Istri opus compilatorium utpote fontem Plutarchi quadrare.

Quodsi recte statui, et quae de delubro Oschophoriis destinato et quae de Phytalidis in extremo hoc capite et cap. 12 initio narrantur, ad eundem Istrum redeunt. Itaque in universum contendi potest eis locis, quibus magnum de fabula aliqua aut consensum aut dissensum esse adnotatur, Istrum latere. Velut c. 19. fabula illa de amore Ariadnae, cuius ope Theseus Minotauro superato ex labyrintho exitum invenire potuit, omnium in

ore erat et scriptorum et poetarum: singulos fusius enumerare Plutarchus non vult, sed ex duobus scriptoribus, Pherecyde et Demone, nonnulla supplementi instar addit. Hoc teneas velim Pherecydis Demonisque frustula non opponi vulgari fabulae, sed praeter notissimam illam fabulam etiam alia ab eis narrata esse: particula enim καί, quae utriusque scriptoris nomen subsequitur, hanc interpretationem postulare mihi videtur. Accedit quod ex schol. Odys. λ v. 322 Pherecydem re vera amoris Ariadnae erga Theseum mentionem fecisse elucet. Admodum mirum, quod Demoni praeter vulgarem fabulam de Minotauro pragmatica eiusdem fabulae interpretatio nota est, qua Minotaurus nihil aliud fuisse dicitur nisi Minois imperator nomine Taurus. At tamen de re dubitare non possumus. Quaeritur iam, utrum Pherecydis Demonisque frustula ad Plutarchum ipsum an ad Istrum redeant. Ac primum quidem Pherecydis Demonisque testimonia ab Istro adposita esse ex Ath. XIII p. 557 a et ex Plut. Thes. c. 23 efficitur: deinde Demonem Plutarcho ipsi non ad manum fuisse, sed ex Istri opere in Plutarchum pervenisse antea vidimus. Ergo nihil aliud restat nisi ut Pherecydis Demonisque mentionem Istri operae deberi statuamus [32]).

Etsi Istri certa vestigia deprehendimus, tamen summa opus est cautela, ne omnes narrationes ex illo fluxisse imprudenter statuamus. Dubitare licet, utrum ipsum

32) Cf. praeterea fabulas de Isthmiis a Theseo institutis c. 25, de expeditione adversus Amazonas c. 26 et de Aethra c. 34. Alia eiusdem compilatoris fragmenta exstare mihi videntur apud Str. IX, 392, apud Phot. s. v. *Τριτοπάτορες*, denique s. v. *Σκίρος*. Istrum produnt eorundem scriptorum testimonia velut Demonis, Philochori, Phanodemi, *ἐξηγητικοῦ* cuiusdam auctoris, qui mihi quidem non Timosthenes, ut Naber Phot. II p. 226 ad. 4 vult, sed Clidemus esse videtur. Clidemi *ἐξηγητικόν* commemoratur ab Ath. IX p. 409 f. Müll. F. H. G. I p. 363.

Philochorum, qui saepissime citatur Clidemumque descripserit Plutarchus an eorum frustula ex Istro desumpserit. Hoc nimirum Gilbertus sibi finxit, cautius Wilamowitzius [33]) Philochorum et Clidemum a Plutarcho in usum vocatum esse arbitratus. Et recte quidem eum iudicasse puto. Colligo ex Plutarchi libelli de gloria Atheniensium capite 1: *Οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἱστορικοί, Κλειτόδημοι, Δίυλλοι, Φιλόχορος, Φύλαρχος ἀλλοτρίων γεγόνασιν ἔργων ὥσπερ δραμάτων ὑποκριταί, τὰς τῶν στρατηγῶν καὶ βασιλέων πράξεις διατιθέμενοι καὶ ταῖς ἐκείνων ὑποδυόμενοι μνήμαις, ἵνα ὡς αἰγῆς τινος καὶ φωτὸς μετάσχωσιν.* Ex his qui enumerantur scriptoribus Diyllum Plutarcho ad manum fuisse apparet ex Herod. mal. c. 26 si quidem scriptum illud genuinum est [33a]): (*Ἡρόδοτος*) *τὴν διαβολὴν . . . ἔχει κολακεύσας τοὺς Ἀθηναίους ἀργύριον πολὺ λαβεῖν παρ' αὐτῶν . . . Ὅτι μέντοι δέκα τάλαντα δωρεὰν ἔλαβεν ἐξ Ἀθηνῶν Ἀνύτου τὸ ψήφισμα γράψαντος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, οὐ τῶν παρημελημένων ἐν ἱστορίᾳ, Δίυλλος εἴρηκεν.* Quid? qui tam accuratum de scriptore profert iudicium, putasne ab eo illum non inspectum esse? Idem de Phylarcho ex vitis parallelis liquido constat. Itaque cum haec scriptorum enumeratio non eiusmodi esse videatur, ut a Plutarcho ex fonte desumpta sit, nisi forte illum stupidissimum compilatorem fuisse statuis, mihi quidem dubium non est, quin etiam Clidemi [34]) et Philo-

---

33) Philolog. Unters. I p. 8.

33a) Cf. Volkmann, leben, schriften und philosophie des Plutarch v. Chäronea. Vol. II p. 341.

34) Praeterea Clidemus a Plutarcho in usum vocatus est in vita Them. c. 10 et Arist. c. 19. Accedit libelli de Pythiae orac. c. 8, ubi in verbis: *Ἐν δὲ τοῖς Σικελικοῖς τῶν Ἀθηναίων ἀτυχήμασιν αἵτε χρυσαῖ τοῦ φοίνικος ἀπέῤῥεον βάλανοι καὶ τὴν ἀσπίδα τοῦ Παλλαδίου κόρακες περιέκοπτον* Clidemi sententiam latere Paus. X, 15, 3 docet: *τὸν δὲ φοίνικα ἀνέθεσαν Ἀθηναῖοι τὸν χαλκοῦν, καὶ αὐτὸν*

chori[35]) Atthidas Plutarchus sic legerit, ut tale
cium de eis ferre posset. Mirum alicui videatur,
Plutarchus non plus bis Clidemi ab ipso lecti narra

καὶ Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐπίχρυσον ἐπὶ τῷ φοίνικι ἀπὸ
ὧν ἐπ' Εὐρυμέδοντι ἐν ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ τὸ μὲν πεζ
δὲ ναυσὶν ἐν τῷ ποταμῷ κατώρθωσαν . . . Κλειτόδημ
ὁπόσοι τὰ Ἀθηναίων ἐπιχώρια ἔγραψαν ὁ ἀρχαιότατος,
ἐν τῷ λόγῳ φησὶ τῷ Ἀττικῷ, ὅτε Ἀθηναῖοι παρεσκευ
ἐπὶ Σικελίᾳ τὸν στόλον, ὡς ἔθνος τι ἄπειρον κοράκω
ἦρε τότε ἐς Δελφοὺς καὶ περιέκοπτόν τε τοῦ ἀγά
τούτου καὶ ἀπέρρησσον τοῖς ῥάμφεσιν ἀπ' αὐτοῦ τὸν χ
λέγει δὲ καὶ ὡς τὸ δόρυ καὶ τὰς γλαῦκας καὶ ὅσος
ἐπὶ τῷ φοίνικι ἐπεποίητο ἐς μίμησιν τῆς ὀπώρας, κα
σαιεν καὶ ταῦτα οἱ κόρακες. Denique quae Plut. in
vita c. 19 de Aiantis tribus virtute celebrat, redeu
quaest. symp. I, 10, 3, 3.

35) De Philochoro alter suppetit locus. legit
Plut. libello de Pyth. orac. 19: Ἀλυρίου (?) τοίνυ
Ἡροδότου καὶ Φιλοχόρου καὶ Ἴστρου τῶν μάλιστα τὰς
τρους μαντείας φιλοτιμηθέντων συναγαγεῖν, ἄνευ
χρησμοὺς γεγραφότων, Θεόπομπος οὐδενὸς ἧττον ἀνθ
ἐσπουδακὼς περὶ τὸ χρηστήριον ἰσχυρῶς ἐπιτετίμηκ
Praeter Alyrium, cuius nomen emendare prorsus d
⟨cf. Mueller F. H. G. III p. 158, cuius coniectura
mihi videtur⟩, eis auctoribus qui oracula vincta solu
oratione colligere studuerunt, Herodotum, Philoch
Istrum adnumerat denique Theopompum, quem e
esse puto ac mythologum, de quo Welker de cycl.
p. 29. Ambigunt viri docti, utrum Ister librum p
rem de oraculis scripserit an verba Plutarchi ad '
illius scriptoris referenda sint. At mihi quidem hoc
stare videtur: nam primum nullum aliud illius libe
oraculis agentis exstat vestigium, dein cum Herodo
citatur, cuius historiam Plutarchus, cum illa scrips
animo habebat. Tum vero de Philochoro idem demo
tum est, etsi eum περὶ μαντικῆς scripsisse scimus.
vero casu factum esse puto, ut Ister et Philochorus
iuxta alterum ab eo citentur: de utriusque Atthide
tare mihi videtur, quam ad Thesei vitam compon
perlegerat.

vitae adspersit. Sed ita rem explicaveris, ut Clidemum in plerisque de Theseo narrationibus non magnopere dissensisse a vulgari fabula statuas. Quanto autem studio Philochori copias adhibuerit, ex excerptorum multitudine elucet.

Age iam videamus, num cetera nostrae sententiae conveniant. Ac primum quidem ipsum Philochorum non adiisse Plutarchum parum credibile est, cum Atthis quanta fuerit auctoritate et quam saepe etiam posteriore aetate adhibita sit, fragmenta clamitent. Erunt fortasse, qui hanc causam non multum valere censeant. Quibus concedo facilius fuisse ex opere compilatorio diversas decerpere narrationes, at tamen interest inter Plutarchum omnesque fere ceteros eiusdem aetatis scriptores. Exin in extrema vitae parte omnes fere narrationes ad Philochorum redeunt: de expeditione illa a Theseo et Pirithoo contra Aidoneum Molossorum regem suscepta, dein de Theseo ab Hercule vinculis liberato narrationes ⟨c. 31 in fine et initio c. 35⟩ conspirant cum Philochori fragmento 46:

Plut.

Αὐτὸς ⟨Θησεύς⟩ δὲ Πειρίθῳ τὴν ὑπουργίαν ἀποδιδοὺς εἰς Ἤπειρον συναπεδήμησεν ἐπὶ τὴν Ἀϊδωνέως θυγατέρα τοῦ Μολοσσῶν βασιλέως, ὃς τῇ γυναικὶ Φερσεφόνην ὄνομα θέμενος, Κόρην δὲ τῇ θυγατρὶ, τῷ δὲ κυνὶ Κέρβερον, ἐκέλευε τούτῳ διαμάχεσθαι τοὺς μνωμένους τὴν παῖδα καὶ λαβεῖν τὸν κρατήσαντα. Τοὺς μέντοι περὶ τὸν Πειρίθουν οὐ μνηστῆρας ἥκειν, ἀλλ' ἁρπα-

Syncell. p. 158 c.

Κόρης ἁρπαγὴ Περσεφόνης ὑπὸ Ἀϊδωνέως τοῦ Μολοσσῶν βασιλέως, ὃς εἶχε κύνα παμμεγέθη, τὸν λεγόμενον Κέρβερον, ᾧ τὸν Πειρίθουν ὕστερον διεχρήσατο παραγενόμενον ἐφ' ἁρπαγῇ τῆς γυναικὸς (?) ἅμα Θησεῖ. Θησέα δὲ παρατυχὼν Ἡρακλῆς ἐῤῥύσατο μέλλοντα συνδιαφθείρεσθαι τῷ Πειρίθῳ. Διὰ δὲ τὸ τοῦ κινδύνου προῦπτον ἐξ Ἅιδου νομί-

σομένους πυνθανόμενος συνέλαβε· καὶ τὸν μὲν Πειρίθουν εὐθὺς ἠφάνισε διὰ τοῦ κυνὸς, τὸν δὲ Θησέα καθείρξας ἐφύλαττεν .... Ἀϊδωνέως δὲ τοῦ Μολοσσοῦ ξενίζοντος Ἡρακλέα καὶ τῶν περὶ τὸν Θησέα καὶ Πειρίθουν κατὰ τύχην μνησθέντος ... βαρέως ἤνεγκεν ὁ Ἡρακλῆς ... καὶ περὶ Πειρίθου μὲν οὐδὲν ᾤετο ποιήσειν πλέον ἐγκαλῶν, τὸν δὲ Θησέα παρῃτεῖτο καὶ χάριν ἠξίου ταύτην αὐτῷ δοθῆναι. Συγχωρήσαντος δὲ τοῦ Ἀϊδωνέως λυθεὶς ὁ Θησεὺς ἐπανῆλθε μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας κτὲ.

ζεται Θησεὺς ἀν ὡς Φιλόχορος Ἀτθίδος δευτέρ

Perturbata paul lochori narratio Euseb. Arm. E. p. Κόρη sibi vellet, lexit: fortasse sic stat, id est Aido gem rapiendi cau um ad eum ven catur.

Quod sequitur de Theseo Athenas revers a civitate sibi assignata Herculi sacrante[36]) Philochoro desumpsisse sese testatur Plutarc nique de loco, quem devotis Atheniensibus Ἀρατήριον nuncuparunt ⟨c. 35⟩, Philochoro deb ret ex Etym. M. v. Ἀρητήσιον.

Etym. M.	Plut.
Ἀρητήσιον, τόπος Ἀθήνησιν οὕτω καλούμενος, ὅτι	καὶ τέλος ἀπογνοὺ ματα ⟨sc. ὁ Θησ

36) Fabula de templis Herculi a Theseo primum apud Euripidem invenitur, qui in Herc Theseum salutis auctori haec promittentem facit

Πανταχοῦ δέ μοι χθονός
τεμένη δέδασται· ταῦτ' ἐπωνομασμένα
σέθεν τὸ λοιπὸν ἐκ βροτῶν κεκλήσεται
ζῶντος.

Θησεὺς μετὰ τὸ ὑποστρέψαι ἐκ τοῦ Ἅιδου, ἐκπεσὼν Ἀθηνῶν, ἐκεῖσε τὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀρὰς ἐποιήσατο. Παρὰ τὰς ἀρὰς οὖν ἀρητήσιον ὁ τόπος ἐκλήθη. Οὕτω Φιλόχορος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ἀτθίδων.

αὐτὸς δὲ Γαργηττοῖ κατὰ τῶν Ἀθηναίων ἀρὰς θέμενος, οὗ νῦν ἐστι τὸ καλούμενον Ἀρατήριον κτἑ.

Inde etiam quae intercedunt inter utrumque Philochori frustulum de seditione in urbe facta ad Philochorum referenda esse colligo. Eiusdem Atthidographi vestigium in ultimo capite deprehenditur, ubi Thesei ossa ex Scyro a Cimone allata media in urbe prope gymnasium sepulta esse templumque perfugium fuisse servis narrat. Cf. Plut. c. 36: *Καὶ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον, ἔστι δὲ φύξιμον οἰκέταις καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις καὶ δεδιόσι κρείττονας, ὡς καὶ τοῦ Θησέως προστατικοῦ τινος καὶ βοηθητικοῦ γενομένου καὶ προςδεχομένου φιλανθρώπως τὰς τῶν ταπεινοτέρων δεήσεις* cum Etym. M. v. *Θήσειον· τέμενός ἐστι τῷ Θησεῖ, ὃ τοῖς οἰκέταις ἄσυλον ἦν. ἐλέγοντο δὲ δίκαι ἐνταῦθα· ἢ ναὸς τοῦ Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες δοῦλοι προςέφευγον. Φιλόχορος δὲ οὐ μόνον τοὺς οἰκέτας τὸ παλαιόν φησι καταφεύγειν εἰς τὸ Θήσειον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν ἱκετεύοντας.* Haec enarratio cum ab eis, quae antecedunt, omnino divelli nequeat, in eis quoque frustulum Philochoreum latere eo magis videtur mihi verisimile, quod certa illa temporis definitio archontis nomine addito Philochorum redolet. Quae vero in fine exstant, aliunde adscita esse videntur. Qui autem haec Philochori frustula ex Istri farragine a Plutarcho electa esse putat, vereor ne egregie falsus sit. Nam primum demonstrandum ei est Istri opus quasi simulacrum fuisse ex Philochori Atthide expressum aliorumque Atthidographorum frustulis ornatum, deinde

exponat mihi, cur Plutarchus Philochori frustula m
cum labore ex Istro sibi conquisiverit, cum aditus e
Philochori Atthidem esset facillimus. Iam vero anir
vertendum est, duorum capitum nullam fere esse ind
compilatoriam duobus locis exceptis, etsi in fabulis
discrepantias exstitisse Pausanias testis est, qui I,
de Thesei morte haec narrat: *Ἐς δὲ τὴν τελευτὴ*
Θησέως πολλὰ ἤδη καὶ οὐχ ὁμολογοῦντα εἴρηται· ὁ
σθαι τε γὰρ αὐτὸν λέγουσιν ἐς τόδε, ἕως ὑφ᾽ Ἡρακλ
ἀναχθείη. πιθανώτατα δὲ ὧν ἤκουσα· Θησεὺς ἐς
πρωτοὺς ἐμβαλὼν τοῦ βασιλέως τῶν Θεσπρωτῶν
ναῖκα ἁρπάσων, τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς οὕτως ἀπόλ
καὶ αὐτός τε καὶ Πειρίθους — Πειρίθους γὰρ καὶ
γάμον σπεύδων ἐστράτευεν — ἥλωσαν καὶ σφᾶς ὁ
πρωτὸς δήσας εἶχεν ἐν Κιχύρῳ. Pausanias igitur n
et discrepantia de Thesei morte narrari dicit dua
adiungit de Thesei Pirithoique expeditione narrati
quarum nec vola nec vestigium apud Plutarchum. A
fabulae forma, si quidem ex breviata enarratione
quam colligi licet, Pherecydis esse videtur. Cf. s
Il. γ, 144 cum schol. Apoll. Rh. I, 101 [37]). Altera
simillima Philochoreae uni ex Atthidographis deb
qui velut Demo fabulis atticis pragmatice enarra
operam navabat [38]). Deinde de tempore, quo Th

---

37) De communi fonte nulla est dubitatio. vides i
apud utrumque scholiastam heroum genus signifi
Θησεὺς καὶ Πειρίθοος, ὄντες τὸ γένος ὁ μὲν ἐκ Διός,
Ποσειδῶνος et *Πειρίθους καὶ Θησεύς, ὁ μὲν Διὸς ὤ*
δὲ Ποσειδῶνος, dein in fine Dioscoridarum expeditio
contra Aphidnam adiungi. Quae apud alterum in n
posita sunt, supplent alterius narrationem, cum alt
Helenae, alterius vero Proserpinae raptum celebrare i
sit. Pausanias de eadem cogitat contra Proserpinam e
ditione: sequitur ex verbo *ἀναχθῆναι*.

38) Fortasse ipsius Demonis frustulum sub illa h
ria latet, quem sicut Philochorum pragmatica illa fal

filii ad Elephenorem in Euboeam confugerunt, Plutarchus et Pausanias non conspirant, denique fabula de fuga Thesei valde apud utrumque variatur. Ac si cogitas, quod infra certis argumentis confirmaturus sum, Pausaniae narrationes ex Istro fluxisse, Plutarchi fabulas ad eundem fontem redire non posse apparet. Omnia igitur plana et concinna fiunt, si eum fontem statuimus, cuius frustula in omnibus fere horum capitum narrationibus deprehendimus. Quodsi in narratione de fuga ad Lycomedem et de mortis Thesei ratione aliorum scriptorum sententias inserit, eas ad Istrum redire posse libenter concedo.

Sententiae meae obstare videtur narratio de bello a Pallantis filiis cum Aegeo suscepto (c. XIII): Pallantis filii cum adventu Thesei spes regnum usurpandi subito evanuisset, arma ceperunt, quia Aegeum Thesei patrem nullo propinquitatis vinculo cum Erechthidis coniunctum esse sciebant. Casu sane felicissimo evenit, ut scholii ad Eurip. Hipp. 35 auxilio nomen fontis illius de impetu Pallantidarum narrationis investigare possimus.

Plut. Thes. c. XIII.	schol. Eurip. Hipp. 35.
Καὶ διελόντες ἑαυτοὺς (οἱ Παλλαντίδαι) οἱ μὲν ἐμφανῶς Σφηττόθεν ἐχώρουν ἐπὶ τὸ ἄστυ μετὰ τοῦ πατρός, οἱ δὲ Γαργηττοῖ κρύψαντες ἑαυτοὺς ἐνήδρευον, ὡς διχόθεν ἐπιθησόμενοι τοῖς ὑπεναντίοις. Ἦν δὲ κῆρυξ μετ᾽ αὐτῶν ἀνὴρ Ἁγνούσιος ὄνομα Λεώς. Οὗτος ἐξήγγειλε	*Τοὺς Παλλαντίδας ὑπὸ Θησέως ἀνῃρῆσθαι Φιλόχορος ἱστορεῖ οὕτω· „Πάλλαντος ἐπιθέσθαι ταῖς Ἀθήναις διανοουμένου καὶ τὴν Σφηττίαν ὁδὸν προφανῶς διαπορευομένου ἐπὶ τὸ ἄστυ μετὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, οἱ τούτου παῖδες κατὰ βούλησιν τοῦ πατρὸς Γαργηττοῖ ἐγ-*

interpretandi ratione usum esse constat. Cf. Plut. Thes. c. 19. De aliis Atthidographis idem certis argumentis demonstrari nequit.

τῷ Θησεῖ τὰ βεβουλευμένα τοῖς Παλλαντίδαις. Ὁ δὲ ἐξαίφνης ἐπιπεσὼν τοῖς ἐνεδρεύουσι πάντας διέφθειρεν. Οἱ δὲ μετὰ τοῦ Πάλλαντος πυθόμενοι διεσπάρησαν.

καθίζουσιν με κιωτῶν, ἵν᾽ ὅ θωσιν οἱ ᾽Α ὁ Πάλλας συμ δον προςπεσό τὴν πόλιν. ᾽Α ἐκηρύκευσε τ ἀπαγγέλλει τ γινόμενον. Ὁ σὼν εὐθὺς μ κιωτῶν αὐτοὺς

Haec tam speciose inter se concinu quisque obtutu arte ea cohaerere perspicia recte quispiam narrationem ex Philochoro cabitur. Causa enim impetus Pallantidaru sententiae refragatur. Philochori sententia Strab. IX p. 392 elici potest: Οἵ τε δὴ συγγράψαντες πολλὰ διαφωνοῦντες τοῦ γοῦσιν οἵ γε λόγου ἄξιοι, διότι τῶν Πανδι ρων ὄντων, Αἰγέως τε καὶ Λύκου καὶ Π τετάρτου Νίσου καὶ τῆς ᾽Αττικῆς εἰς τέττα ρεθείσης, ὁ Νῖσος τὴν Μεγαρίδα λάχοι κ Νίσαιαν. Φιλόχορος μὲν οὖν ἀπὸ ᾽Ισθμ Πυθίου διήκειν αὐτοῦ φησι τὴν ἀρχήν, ῎Αν ᾽Ελευσῖνος καὶ τοῦ Θριασίου πεδίου κτἑ. niam eis Atthidographis, qui alicuius Philochorum adnumerandum esse nemo neg tuor Pandionis filios Aegeum, Nisum, Lycu cognitum habuisse adparet, praesertim cu sionis, de qua illi οἵ γε λόγου ἄξιοι dissen bone excitetur locupletissimus. Vix igitur apud Philochorum de suppositione Aegei stitisse: at tamen haec fabula ab Atthidis

ctore Lycophrone aetate superiore prolata est. Cf. Lyc. Alex. v. 1324 [39]).

῾Ο Φημίου παῖς, Σκῦρος ᾧ λυπροὺς τάφους
κρημνῶν ἔνερθεν αἰγίλιψ ῥοιζουμένῳ,
πάλαι δοκεύει τὰς ἀταρχύτους ῥιφὰς κτέ.

Quae belli causa a Philochoro prolata sit, nescio: certe diversa fuit ab ea, quam Plutarchus affert. 'Credo, inquies, causam additam obstare narrationi Philochoreae, sed cur non ex Philochoro ipso narrationem desumpsit Plutarchus'? Invicta sane argumenta in hac quaestione diiudicatu difficillima mihi praesto non esse profiteor, at haud scio an manus des, si causam quasi cardinem totius enarrationis Plutarcheae esse nec facile a fabula ipsa solvi posse moneo, dein si praeconis nomen fabulamque illam, quam addit de eo Plutarchus, apud Philochorum defuisse contendo. Denique non intellego, cur narrationem inde desumpserit, causam non item. Itaque ex gravissimis dubitationibus, quibus implicabar, tandem sic me eripui, ut totam narrationem ex uno illo scriptore Philochoro aetate inferiore, id est ex Istro, desumptam esse suspicer.

Philochorum igitur a Plutarcho ipso lectum esse satis certis argumentis probasse mihi videor; sed admodum difficile est diiudicare, utrum omnia Philochori frustula Plutarchus ex Atthide eius sumpserit an nonnulla Ister ei suppeditaverit. Pro certo statuere ausim de narrationibus c. 14, 16, 19, fortasse c. 24 [40]), c. 31, 35, 36.

Redeo iam ad Istrum. Fabulas illas de Thesei Athenas per Isthmum festinantis facinoribus ex Istro

---

39) In scholiis haec adnotantur: *Αἰγεὺς γὰρ Φημίου ἦν παῖς, Αἰγέως δὲ Θησεύς* et apud Apoll. III, 15, 5, 4: *Πανδίονι δὲ ἐν Μεγάροις ὄντι παῖδες ἐγένοντο Αἰγεύς, Πάλλας, Νῖσος, Λύκος. ἔνιοι δὲ Αἰγέα Σκυρίου* ⟨sic⟩ *εἶναι λέγουσιν, ὑποβληθῆναι δὲ ὑπὸ Πανδίονος.* Cf. Androt. frg. 37 Muell.

40) Gilbert Philol. 33 p. 61.

fluxisse Gilberti coniectura est, sed causae deficiu
Ergo eam in examen vocemus. Primum moneo fa
illa ab omnibus certe Atthidographis non ita dive
ratione exposita esse videri eis nimirum exceptis,
velut Philochorus aut Demo fabularum interpretati
ad humanae rationis captum redacta uterentur.
harum fabularum aetatem recte aestimandam adnota
ex re erit ortas eas esse post Herculis duodecim f
norum narrationes excultas, quippe quibus certus
Thesei factorum cyclus accommodatus esse videa
Cui vero ille cyclus debeatur, coniectura haud im
babili effici potest[41]. Tragicis poetis fabulae de Th
factis notae sunt: velut Euripides in Hippol. v. 976
de Sinidis et Scironidis fabulis loquitur, ut spectator
eas in animo fuisse indicet. idem de Sophocle dem
strari licet ex Aegei fragmento ⟨frg. 21 apud Nauck
G. F.⟩, quod ad fabulam de Procrustide pertinere
docti intellexerunt. ⟨Wilam. Phil. Unt. Vol. I p.
adn. 35⟩. Praeterea in Thesei templo et in vas
fictis eiusdem aetatis idem argumentum occurrit.
colligo iam ante tragicorum aetatem Thesei facin
carmine quodam celebrata illustrataque esse tragico
poetas suppelectili ab antiquiore illo poeta oblata
esse. Ac quaerenti tibi carminis memoriam ultr
offert Theseidis carmen fere oblitteratum[42]. Sed qu
vis perrara sit illius carminis memoria, tamen ab A
dographis adhibitum esse vix est cur moneamus.
indole carminis unum proferam. Expressus est
Thesei factorum cyclus ex Herculis duodecim labor
quid, quod facinora ipsa ab Hercule desumpta
videntur veluti fabula de sue Crommyonia aut de

41) Philol. 33 p. 51.

42) Welker Ep. cycl. I p. 322. Kinkel frg. e
p. 217.

cyone? Itaque carminis auctor Thesei facinora ad Herculis similitudinem effinxisse videtur idque eo consilio, ut Theseum ne maximo quidem heroi virtute cessisse probaret. Iam vero si apud Plutarchum idem factum videmus, inde explicatur, quod illius carminis vestigia pressit. nam Plutarchum non ex suo ingenio instituisse comparationem Apoll. bibl. III, 16, 1, 2 docet[42a]), qui de Peripheta haec habet: *πρῶτον μὲν οὖν Περιφήτην τὸν Ἡφαίστου καὶ Ἀντικλείας, ὃς ἀπὸ τῆς κορύνης ἣν ἐφόρει κορυνήτης ἐπεκαλεῖτο, ἔκτεινεν ἐν Ἐπιδαύρῳ. πόδας δὲ ἀσθενεῖς ἔχων οὗτος ἐφόρει κορύνην σιδηρᾶν, δι᾽ ἧς τοὺς παριόντας ἔκτεινε. ταύτην ἀφελόμενος Θησεὺς ἐφόρει.* Cf. Plut. Thes. c. 8: *Καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῇ Ἐπιδαυρίᾳ Περιφήτην χρώμενον κορύνῃ καὶ διὰ τοῦτο Κορυνήτην ἐπικαλούμενον ἁπτόμενον αὐτοῦ καὶ κωλύοντα προάγειν συμβαλὼν ἀπέκτεινεν· ἡσθεὶς δὲ τῇ κορύνῃ λαβὼν ὅπλον ἐποιήσατο καὶ διετέλει χρώμενος, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς τῷ δέρματι τοῦ λέοντος.* Praeter hos duos scriptores nemo est qui Theseum clavam Corynetae ereptam postea ipsum tulisse tradiderit. At cave ne id casui tribuas: causam Plutarchus prodit: nimirum ut Thesei cum Hercule comparatio perfecta atque absoluta evadat. Utrique igitur auctor in manibus erat, qui Theseidem in usum suum convertit: nam ne a Plutarcho quidem illud carmen lectum esse videtur, etsi invictis argumentis demonstrari nequit. In hoc auctore investigando memineris velim, quae antea disputavi: scriptorum Megaricorum de Scirone fabula ex Istro desumpta est. Cuius copias quoniam in una de Thesei facinoribus narratione certissime deprehendimus, mirum esset, si in aliis eum dimisisset. Huc optime quadrat, quod in narratione de sue Crommyonia et de Scirone vestigia operis illius compilatorii latent. Quid enim cogit, ut illas fabulas

42a) Cf. praeterea Diod. IV c. 59.

a Plutarcho congestas esse opinemur, praesertim cu aliis locis fabularum congeriem ad fontem redire demo stratum sit? Crederem, si frustula Philochori vel Clide inessent in his narrationibus. Cui rei obstat, quod Pl tarchus in fabula de Scirone dixit: *ὡς μὲν ὁ πολὺς λ γος — ὡς δ' ἔνιοι.* Nonne aliorum Atthidographoru de hac fabula narrationes ei notas fuisse putas, qui scribit? Itaque omnia suadent, ut Istri thesauros e cerptos esse arbitremur. Accedit aliud. Quid de Ce cyone a Plutarcho narratur? Ex Arcadia eum in Attica aufugisse num fabula est vulgaris? Equidem ante tertiu saeculum eam exstitisse demonstrare nequeo: legitur Hecale Callimachea [43]). Cf. schol. Arist. Nub. 508:

Ὅς ῥ' ἔφυγεν μὲν
Ἀρκαδίην, ἡμῖν δὲ κακὸς παρενάσσατο γείτων.

Hoc ad Istrum Callimachium digitum videtur intende quem praeceptoris sententiam secutum esse probab est. Eiusdem Callimachi vestigia si quis in venusta Sinidis filia narratione latere putarit, non refragab sine dubio eroticis illis narratiunculis adnumeranda e quae a fabulatoribus aetatis Alexandrinae excultae su iam cum memineris, quantum Callimacho erotica embo in deliciis fuerint, concedes fieri potuisse optime, ille in Hecalae poemate Cercyonis mortis a Theseo illatae mentione facta data occasione hanc fabul insereret. Denique vide quam egregie Callimacho *αἴτ* illud in fine narrationis adiectum conveniat [44]). Iam

---

43) O. Schneider, Callimachea II p. 186.

44) Melanippi derivatio a Theseo non vetusto niti testimonio; primum quantum scio ab Asclepiade Tragilie traditur. Cf. Harp. s. v. *Μελανίππειον.* Clidemo ignot fuisse genealogiam recte Wilam. Phil. Unt. I p. 147 mo Alterum ad eum stemma redire videtur: cf. Photius s. *Μύρμηκος ἀτραπός.* Suppletur stemma Apoll. biblioth. 15, 8, 3: *ἐπὶ τὸν Γεραίστου τοῦ Κύκλωπος τάφον κατέσ*

apparet, fabulam de Phaea muliere a Plutarcho vulgari adnexam de sue Crommyonia narrationi Philochoream, ut mihi quidem videtur propter indolem pragmaticam, ex Istro desumptam esse?

Quae omnia si recte disserui, intelleges Plutarchum saepius Istri opere compilatorio usum esse, praeterea vero Philochorum et Clidemum ad Istri narrationes supplendas adhibuisse; idem in Aristotelem cadere, cuius testimonia bis in hac vita (c. 16 et 25) adferuntur, reliquis vitis probabile fit. Quid vero de Menecrate, Bione, Paeone Amathusio iudicandum sit nescio.

Iam vero ut Istri operis imago certa ac vivida fiat, quos auctores ad hortulos suos irrigandos exhibuerit, quantum fieri potest, ex re erit exponere. Imprimis nimirum Atthidum scriptorum testimonia consarcinavit velut Hellanici (Plut. Thes. 26. 27. 25. 17. 31 et Harp. s. v. *Παναθήναια*), Phanodemi (Phot. s. v. *Τριτοπάτορες*), Andronis (Plut. Thes. 25. Strab. IX p. 392), Androtionis (Harp. s. v. *Παναθήναια*), Demonis (Plut. Thes. 19. 23), Philochori (Apostol. XVIII, 77. Phot. s. v. *Τριτοπάτορες*. Phot. s. v. *Σκίρος* coll. cum Harp. s. v. Strab. IX p. 392. Plut. Thes. 13. 29), deinde tragicorum triadem adhibuit: Aeschylum (cf. Harp. s. v. *Θεοίνια*, Plut. Thes. 29 et schol. Soph. Oed. Col. v. 42, de quo cf. quae disserui), Sophoclem (Strab. IX p. 392), Euripidem (Plut. Thes. 29). Ex aliis poetis sibi elegit Theseidis poetam (Plut. Thes. 8 sq. 28), Hesiodi Cercopisque carmina (Ath. XIII p. 557 a coll. cum Plut. Thes. c. 20 et 29), exin Callimachi praeceptoris vestigia ab eo pressa esse ex Plut. Thes. 8, 11 adparet. Praeterea Pindari

---

ξαν (sc. τὰς Ὑακινθίδας). Fortasse eidem Clidemo fabula de Hyacinthi filiabus, (cf. Apoll. III, 15, 8, 3) quam medio quarto saeculo notam fuisse ex Harp. s. v. Ὑακινθίδες apparet, debetur.

Simonidisque carmina in usum suum convertit (cf. Plut. Thes. 17, 28), Herodorum (Plut. Thes. 26, 29, 30), Heream scriptorem Megarensem (c. 10, 20, 32), Clidemi ἐξηγητικόν (Phot. s. v. Τριτοπάτορες) denique Theophrastum, de quo conferas, quae supra dixi.

Cap. III.

De Apollodori qui dicitur bibliotheca et Hygini fabulis.

Quoniam igitur certis argumentis demonstratum est, Istri opus a posterioribus saepius adhibitum esse quam ex fragmentis concludi potest, quaerendum est, num memoria eius etiam in compendia fabularia transierit, quae Apollodori qui fertur bibliotheca et Hyginus nobis repraesentant. Apollodorus in septima bibliothecae parte stemmatum filis fabulas Atticas plerumque notissimas deduxit magnamque in eo posuit diligentiam, ut insertis paucis doctrinae frustulis doctam aliquam speciem proponat. Atque praeclaris Roberti[45]) et E. Schwartzii[46]) studiis effectum est, ut bibliothecam, quam nos termuos, excerptam esse ex compendio quodam fabulari statuatur, quod primo a. Ch. saeculo elaboratum sit. Deinde Schwartzius in fabulas Argonautarum apud Apollodorum exstantes inquisivit[47]) et rudera vetustae doctrinae, quae narrationi ex Apollonio Rhodio desumptae inspersa sint, ex Dionysio Scytobrachione per commentarium Apollonianum in compendium illud fabulare

45) C. Robert, de Apollodori bibliotheca. diss. Berol. 1873.
46) E. Schwartz, de scholiis Homericis ad histor. fabul. pertin. Fleckeis. annal. suppl. XII p. 449 sq.
47) E. Schwartz de Dionysio Scytobrachione p. 14 sq.

fluxisse evicit. Itaque coniectura, qua in fabulis Atticis simile opus compilatorium auctori compendii in usu fuisse suspicamur, summam probabilitatis speciem per se habet. Sed accedunt certa argumenta. Quae priusquam exponam, quod Schwartzius de fabulis ab Apollodoro prolatis coniecit multisque exemplis demonstravit, ex compendio scilicet maiore eas desumptas esse, idem in fabulas Atticas cadere demonstrare mihi liceat.

Exstant enim in scholiis nonnullae fabularum Atticarum narrationes, quae ita proferuntur, ut enarrationis tenor idem sit atque Apollodoreus, veluti in fabula de Pandionis filiabus:

Apoll. III, 14, 7.

Πολέμου δὲ ἐξαναστάντος πρὸς Λάβδακον .... ἐπεκαλέσατο ⟨sc. *ὁ Πανδίων*⟩ *βοηθὸν ἐκ Θρᾴκης τὸν Τηρέα τὸν Ἄρεος καὶ . . . ἔδωκε Τηρεῖ πρὸς γάμον τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Πρόκνην. ὃ δὲ ἐκ ταύτης γεννήσας παῖδα Ἴτυν καὶ Φιλομήλας ἐρασθεὶς ἔφθειρε καὶ ταύτην, εἰπὼν τεθνάναι Πρόκνην κρύπτων ἐπὶ τῶν χωρίων. αὖθις δὲ γήμας Φιλομήλαν συνηυνάζετο καὶ τὴν γλῶσσαν ἐξέτεμεν αὐτῆς. ἣ δὲ ὑφήνασα ἐν πέπλῳ γράμματα καὶ διὰ τούτων ἐμήνυσε Πρόκνῃ τὰς ἰδίας συμφοράς. ἣ δὲ ἀναζητήσασα τὴν ἀδελφὴν κτείνει τὸν παῖδα Ἴτυν καὶ καθεψήσασα Τηρεῖ δεῖπνον ἀγ-*

Prob. ad Vergil. ed. Keil p. 23.

Pandionis, regis Athenarum, filiam Procnem, Tereus rex Thracum accepit uxorem et ex ea filium Ityn generavit. Postea cum forte Athenas isset et aliam Pandionis filiam Philomelam, virginem speciosam, vidisset, ementitus Procnen interisse, Philomelam uxorem accepit eique corruptae linguam amputavit, ne quo modo scelus permanaret ad Procnen et in abditis regni sui eam ablegavit. Sed illa in veste descripsit facinora Terei et sic sorori declaravit. Tum Procne filium communem Ityn per membra laceratum Tereo praebuit epulandum. Confessa

νοοῦντι παρατίϑησι. καὶ μετὰ τῆς ἀδελφῆς διὰ ταχέων ἔφυγε. Τηρεὺς δὲ αἰσϑόμενος, ἁρπάσας πέλεκυν ἐδίωκεν. αἳ δὲ ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος γινόμεναι περικατάληπτοι ϑεοῖς εὔχονται ἀπορνεωϑῆναι καὶ Πρόκνη μὲν γίνεται ἀηδών, Φιλομήλα δὲ χελιδών. ἀπορνεοῦται δὲ καὶ Τηρεὺς καὶ γίνεται ἔποψ.	deinde, quod fecisset sorore effugit. Tereu dex persequebatur, s nes demutati sunt in Procne in lusciniam lomela in hirundinen reus in upupam.

Alteram habes eiusdem fabulae formam cum A doro congruentem. Neque tamen alteram ex descriptam esse credi potest, cum uterque plura beat, Apollodorus de metamorphosi, quam Dauliae esse narrat, Probi scholiasta de itinere, quod forte Athenas fecit. Inde sequitur hanc fabula ab ipso bibliothecae auctore consutam esse, sed ad e fontem redire atque Probi scholiastae enarrationem bilitur sententia, si eandem fabulam diversa enarratam esse cogitas: exstat altera fabularis hi conformatio in schol. Arist. Av. v. 212, quae eo quod a Tereo Procnae precibus commoto Philo Athenis arcessitam et in itinere vitiatam esse na Duae hae fabulae formae levioribus nonnullis iuxta positae leguntur in Servii com. in Virg. Buc 78. Alia eiusdem consensus exempla praesto s fabula de Icario et Erigona. Cf. Apoll. III, 14, 7 νυσον δὲ Ἰκάριος ⟨sc. ὑπεδέξατο⟩ καὶ λαμβάνει αὐτοῦ κλῆμα ἀμπέλου. καὶ τὰ περὶ τὴν οἰνοποιία ϑάνων καὶ τὰς τοῦ ϑεοῦ δωρήσασϑαι ϑέλων χ ἀνϑρώποις, ἀφικνεῖται πρός τινας ποιμένας, οἳ μενοι τοῦ ποτοῦ καὶ χωρὶς ὕδατος δι' ἡδονὴν ἀ ἑλκύσαντες, πεφαρμάχϑαι νομίζοντες ἀπέκτειναν μεϑ' ἡμέραν δὲ νοήσαντες ἔϑαψαν αὐτόν. Ἠριγ

τῇ θυγατρὶ τὸν πατέρα μαστευούσῃ κύων συνήθης ὄνομα Μαῖρα, ἣ τῷ Ἰκαρίῳ συνείπετο, τὸν νεκρὸν ἐμήνυσε. κἀκείνη κατοδυρομένη τὸν πατέρα ἑαυτὴν ἀνήρτησε. Eadem enim narratio paulo fusior et accuratior in Hyg. fab. 130 legitur: „Cum Liber pater ad homines esset profectus, ut suorum fructuum suavitatem et iucunditatem ostenderet, ad Icarium et Erigonam in hospitium liberale devenit. Ei utrem plenum vini muneri dedit iussitque, ut in reliquas terras propagaret. Icarius plaustro onerato in terram Atticam ad pastores devenit et genus suavitatis ostendit; pastores cum immoderatius biberent ebrii facti conciderunt. Qui arbitrantur Icarium sibi malum medicamentum dedisse fustibus eum interfecerunt. Icarium autem occisum canis Maera nomine ululans Erigonae eius filiae monstravit. Quo cum venisset, super corpus parentis in arbore suspendio se necavit.“ Haec fabula adeo congruit cum bibliotheca, ut ex eodem fonte eam fluxisse nemo neget. Qui qualis fuerit, si quaeras, conferas velim, quae schol. Il. X, 29 de eadem fabula ex Eratosthene uberius narrat: unum sane interest inter scholiastam et Hygini Apollodorique fontem, quod hi Icarii interfectores eosdem fuisse narrant, qui ebrii facti sint, ille vero nonnullos ebrios concidisse, alios eum ulciscendi causa interfecisse testatur. Quam discrepantiam compilatori tribuendam esse recte monet E. Maass Analecta Eratosthenica p. 7 ad. 18. Cf. praeterea p. 70 sq. et Robert Erat. catast. reliquiae p. 39. Colligi licet Apollodori narrationem ad Eratosthenis Erigonae *ὑπόθεσιν* redire. Praeterea componenda esse putaverim Apoll. III, 14, 6, 2 et schol. Il. II, 547:

Ἀθηνᾶ παρεγένετο πρὸς Ἥφαιστον ὅπλα κατασκευάσαι θέλουσα. ὁ δὲ ἐγκαταλελειμμένος ὑπὸ Ἀφροδίτης εἰς ἐπιθυμίαν ὤλισθε τῆς	*Ἐρεχθέως τοῦ βασιλέως Ἀθηναίων τοῦ καὶ Ἐριχθονίου καλουμένου, γεννηθέντος δὲ ἐκ τοῦ Ἡφαίστου. οὗτος γὰρ ἐδίωκεν Ἀθηνᾶν ἐρῶν*

Ἀθηνᾶς καὶ διώκειν αὐτὴν ἤρξατο· ἣ δὲ ἔφευγεν. ὡς δὲ ἐγγὺς αὐτῆς ἐγένετο πολλῇ ἀνάγκῃ (ἦν γὰρ χωλός) ἐπειρᾶτο συνελθεῖν. ἣ δὲ ὡς σώφρων καὶ παρθένος οὖσα οὐκ ἠνέσχετο. ὃ δὲ ἀπεσπέρμηνεν εἰς τὸ σκέλος τῆς θεᾶς. ἐκείνη δὲ μυσαχθεῖσα ἐρίῳ ἀπομάξασα τὸν γόνον εἰς γῆν ἔῤῥιψε. φευγούσης δὲ αὐτῆς ἐκ (cod. καί)[48] τῆς γονῆς εἰς γῆν πεσούσης Ἐριχθόνιος γίνεται.

αὐτῆς, ἣ δὲ ἔφυγεν· ὡς
ἐγγὺς αὐτῆς ἐγένετο πο
ἀνάγκη (ἦν γὰρ χωλός) ἐπ
ρᾶτο συνελθεῖν. ἣ δὲ
σώφρων καὶ παρθένος ο
οὐκ ἀνέσχετο. οὕτως ἀ
σπέρμηνεν εἰς τὸ σκέλος
θεᾶς. ἡ δὲ μυσαχθεῖσα ἐ
ἀπομάξασα τὸν γόνον
ῥιψεν εἰς γῆν. ὅθεν Ἐριχ
νιος ὁ ἐκ τῆς γῆς ἀναδο
παῖς ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ ἐ
καὶ τῆς χθονός. ἱστ
Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ.

Etsi in scholio illo tota enarratio Apollodorea eis
fere verbis refertur, tamen fieri non potest, ut ex A
lodoro descripta sit. An putas scriptorem, qui fon
ad verbum usque exscripsit, initio pauca mutasse, in e
vero nonnulla addidisse? Credi omnino nequit, p
sertim cum etymologia illa Erichthonii valde freq
tata[49]) tam arte cum narratione cohaereat, ut vix

---

48) Sic facillima mutatione scribendum esse puto,
particula *καί* sensui obstet. Accedit quod idem legitu
schol. Eurip. Med. 825: ἐκείνη δὲ μυσαχθεῖσα τὸ γεγ
ἐρίῳ ἀποσπογγίσασα τὸν θορὸν εἰς τὴν γῆν ἔῤῥιψε κα
ἐκείνου ἀνέδειξεν ἡ γῆ τὸν Ἐρεχθέα. Vides praet
etymologiam Erichthonii coniungi solere cum fabula
eius progenie.

49) Cf. schol. ad Plat. Tim. p. 23 d, quod cum E
M. s. v. Ἐρεχθεύς conspirat. Paulo aliter apud Hygi
fab. 166 et Aug. de C. D. XVIII, 12, quorum narrati
ex eodem compendio fluxerunt. Etymologia ipsa dee
schol. Med. 825, quod ceteris in rebus cum Apollo
concinit. Secundum Apollodorum Vulcanus in Mine
arma facienda locantem impetum facit, alii Vulcano

velli queat. Id dubitari potest, utrum etymologia tantummodo ad Callimachum, cuius nomen in fine additur, redeat an tota narratio: de etymologia quidem nullus dubito, cum Callimachum eiusmodi nominum lusibus delectatum esse sciamus. Cf. Dilthey de Callim. Cyd. p. 38. Deinde etiamsi fabula illa in Callimachi Hecale exstitisse concedes, tamen Callimachus certe non primus eam invenisse censendus est, ita ut ab omni abhorreat probabilitate, omnes easdem huius fabulae narrationes ad eum referre. Haec autem utcumque se habent, id quidem certum videtur, latere sub hac narratione carminis cuiusdam *ὑπόθεσιν*.

Etiam luculentius exemplum est Apoll. III, 16, 2, 3 coll. cum schol. Soph. Antig. v. 980.

Βορέας κῆδος συνῆψε τοῖς Ἀθηναίοις, ἁρπάσας Ὠρείθυιαν τὴν Ἐρεχθέως, ἐξ ἧς ἔσχεν Ζήτην καὶ Κάλαϊν καὶ Κλεοπάτραν. ταύτην ὁ Φινεὺς ἔγημεν, ἐξ ἧς αὐτῷ δύο παῖδες ἐγένοντο Πλήξιππος καὶ Πανδίων, κατὰ δέ τινας Τηρίμβας καὶ Ἄσπονδος. Μετὰ δὲ τὸν Κλεοπάτρας θάνατον ἐπέγημεν Ἰδαίαν τὴν Δαρδάνου, κατὰ δέ τινας Εἰδοθέαν τὴν Κάδμου ἀδελφήν, ἧς καὶ αὐτὸς Σοφοκλῆς μνημονεύει ἐν Τυμπανισταῖς,	*Ὠρείθυιαν δὲ παίζουσαν ἐπὶ Ἰλισσοῦ ποταμοῦ ἁρπάσας Βορέας συνῆλθεν· ἣ δὲ γεννᾷ θυγατέρας μὲν Κλεοπάτραν καὶ Χιόνην, υἱοὺς δὲ Ζήτην καὶ Κάλαϊν πτερωτούς ..... Κλεοπάτραν δὲ ἔγημε Φινεύς, ᾧ γίνονται παῖδες ἐξ αὐτῆς Πλήξιππος καὶ Πανδίων. ἔχων δὲ τούτους ἐκ Κλεοπάτρας παῖδας Ἰδαίαν ἐγάμει τὴν Δαρδάνου.*

missam eam esse ab Iove narrant coniugem propter matrem e vinculis liberatam, alii denique eum amore inflammatum esse virginis, quam ex Iovis capite elicuisset. Aliter atque Apollodorus hanc fabulam Amelesagoras narrat. Cf. Antig. hist. mir. c. 12.

ἥτις ἐξ ἐπιβουλῆς τυφλώσασα τοὺς Κλεοπάτρας παῖδας, ἐν τάφῳ καθεῖρξεν· ὡς δέ τινές φασιν, ὅτι κατεψεύσατο αὐτῶν, ἅτε δὴ πειρασάντων αὐτήν. ἐφ᾽ οἷς ἀπατηθεὶς ὁ Φινεὺς ἀμφοτέρους τυφλοῖ [ταῦτα δὲ ἱστορεῖ Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ][50]). Τινὲς δὲ ἱστοροῦσιν, ὅτι περιοῦσαν τὴν Κλεοπάτραν ὁ Φινεὺς ἐκβέβληκεν καὶ τὴν Ἰδαίαν ἐπέγημεν· ἡ δὲ ὀργισθεῖσα τοὺς ἑαυτῆς ἐτύφλωσεν παῖδας.

Κἀκείνη τῶν π
Φινέα φθορὰν
ται καὶ πιστε
ἀμφοτέρους τ

Etsi in narratione Apollodorea omni
tiarum vestigia evanuerunt, tamen eam arte
illo cohaerere verba clamitant. Hoc exem
quod saepius factum esse scimus, in comp
rioris aetatis ex discrepantiis, quae in font
unam sive alteram in narrationem ipsam
esse. Cf. Schwartz p. 454. Exempli grati
monstrari potest de scholiis Platonis cu
bibliotheca collatis[51]). Itaque de his locis

---

50) De hoc subscriptionum genere E.
schol. Hom. ad hist. fab. pert. p. 458 recte i
videtur. Ex Apollodori bibliotheca illud sch
non posse inde probatur, quod discrepantia
κατὰ δέ τινας Τηρύμβας καὶ Ἄσπονδος, κατὰ
θέαν τὴν Κάδμου ἀδελφήν, τινὲς δὲ ἱστοροῦσ
in bibliotheca omnino evanuerunt. Itaque v
limum, Apollodori nomen a Byzantino qu
narrationi insertum esse, cui similia in bibl
tisse in memoria erat.

51) Pauca de Platonis scholiis, quae
fabularem pertinent, proferre mihi liceat.

dum est, ut scholiastae enarratio imaginem nobis prae-

in dissertatione de Platonis scholiorum fontibus Turici 1880 non recte mihi iudicasse videtur, qui scholiastam integriore bibliotheca usum esse statuit. Demonstrari nequit bibliothecam, quam nos terimus, fuisse quondam pleniorem nisi in fine eisque locis, quibus lacuna statuenda est. Consensus ille dissensusque bibliothecae et Platonis scholiastae ex natura explicatur compendiorum. Veluti in schol. ad Tim. 24 *E* (p. 367 ed. Herm.). Europa filia nominatur Agenoris aut Phoenicis [ex Homeri sententia: cf. Il. XIV, 341 et schol. Venet. Il. XII, 292] aut Tityi [cf. Hyg. fab. 14 p. 47 Schmidt ex Pindari sententia cf. Pind. Pyth. IV, 46]: apud Apollodorum III, 1, 2, ubi Europae stemma legitur, deest Tityus. Itaque Platonis scholiasta sua non ex Apollodoro desumpsit, sed consensus eo explicatur, quod uterque ex eodem compendio hausit, in quo tres illas discrepantias exstitisse colligendum est. Idem de Asiae et Libyae genealogia in eodem Plat. scholio statuendum est. A scholiasta Asia filia *Οὐρανοῦ καὶ Γῆς* exhibetur, a bibliothecae vero auctore eam filiam Oceani et Tethyis fuisse traditur. Cf. Apoll. I, 2, 2. In Libyae genealogia Apollodorus discrepantiam: *οἱ δὲ Ἀμφιῤῥόης* non memorat. Nec vero de causa, qua Dardanus ad traiciendum in Asiam movetur, uterque consentit: bibliothecae auctor Dardanum maerore filii mortis adfectum Samothracem reliquisse narrat ⟨cf. Apoll. III, 12, 1, 1⟩, Platonis vero scholiasta congruit cum Lyc. schol. v. 73, qui propter diluvium id factum esse refert. Cf. schol. ad Tim. 22 A. Praeterea conferas velim schol. ad leges p. 931 B cum Apoll. III, 13, 8, 3. Quod in fine scholii legitur de consecratione Amyntoris, apud Apollodorum non exstat. Verine est similius illud aliunde cum Apollodoro conglutinatum esse an totum scholion ex eodem fonte fluxisse? Fabula de Erichthonii progenie ⟨schol. ad Tim. p. 23 D. et p. 366⟩ discrepat ab Apollodoro ⟨III, 14, 6⟩, fabula de Marsya ⟨schol. in Polit. p. 399 E pag. 338 Herm.⟩ ab Apollodoro ⟨I, 2, 1, 2⟩: deest apud Apollodorum Musarum iudicium. Cf. denique Amphiarai Eriphylaeque fabula ⟨schol. in Pol. p. 590 A⟩ cum Apoll. ⟨III, 3, 6; 2, 1—6⟩, apud Apoll. ⟨I, 9, 13⟩ Eriphyla filia est Talai et Lysimachae, apud schol. Talai et Lysippae.

beat compendii fere integram, Apollodorus ve
repraesentet ex rivulis, quales multi ex lacu
trinae mythologicae profluxerunt.

Quoniam igitur certis exemplis fabularum A
narrationes non ab ipso Apollodoro profectas,
alio libello simili modo instituto transscriptas
gnitum est, nulla est dubitatio quin in omnes
narrationes. Quod in illis historiae fabularis co
saepe accidisse demonstratum est, ut narratio
ex poeta aliquo aut *ὑποθέσεσι* promeretur,
fabulam de Erichthonii progenie, deinde de Ica
cadere antea significatum est. Tria addam
Conferantur quae in bibliotheca de Erechthei
morte narrantur cum Lycurgo c. Leocrat. § 98
Euripidis Erechthei argumentum praebet:

Lyc.

Φασὶ γὰρ Εὔμολπον τὸν Ποσειδᾶνος καὶ Χιόνης μετὰ Θρᾳκῶν ἐλθεῖν τῆς χώρας ταύτης ἀμφιςβητοῦντα, τυχεῖν δὲ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθέα, γυναῖκα ἔχοντα Πραξιθέαν τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα. μεγάλου δὲ στρατοπέδου μέλλοντος αὐτοῖς εἰςβάλλειν εἰς τὴν χώραν, εἰς Δελφοὺς ἰὼν ἠρώτα τὸν θεὸν τί ποιῶν ἂν νίκην λάβοι παρὰ τῶν πολεμίων. χρήσαντος δ' αὐτῷ τοῖ θεοῦ, τὴν θυγατέρα εἰ θύσειε πρὸ τοῦ συμβαλεῖν

Apoll.

Καὶ πολέμου ἐ
πρὸς Ἀθηναίους τ
σινίοις, ἐπικληθεὶ
λευσινίων μετὰ πο
εμάχει Θρᾳκῶν δ
Ἐρεχθεῖ δὲ ὑπὲρ Ἀ
νίκης χρωμένῳ ἔ
θεὸς κατορθώσειν
λεμον, ἐὰν μίαν τ
τέρων σφάξῃ. καὶ
τος αὐτοῦ τὴν
καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυ
έσφαξαν. ἐπεποί
ὡς ἔφασάν τινες,
σίαν ἀλλήλαις σ
σθαι. ⟨γενομένης

---

52) Eiusdem Euripidis fabulae argumento P
falsarius ille in Parallelis usus est p. 310 D.

τῷ στρατοπέδῳ, κρατήσειν τῶν πολεμίων, ὁ δὲ τῷ θεῷ πειθόμενος τοῦτ' ἔπραξε καὶ τοὺς ἐπιστρατευομένους ἐκ τῆς χώρας ἐξέβαλε. διὸ καὶ δικαίως ἄν τις Εὐριπίδην ἐπαινέσειεν ὅτι ... τοῦτον τὸν μῦθον προείλετο ποιῆσαι.

τὴν σφαγὴν τῆς μάχης Ἐρεχθεὺς μὲν ἀνεῖλεν Εὔμολπον, Ποσειδῶνος δὲ καὶ τὸν Ἐρεχθέα καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλύσαντος).

Usque ad pugnam Erechthei cum Eumolpo omnia fere congruunt, uno loco ut videtur excepto, quo Apollodorus de morte ceterarum Erechthei filiarum haec adnotat: *καὶ σφάξαντος αὐτοῦ νεωτάτην καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν*, ubi *τὰς λοιπὰς* tres filias esse Apoll. III, 15, 1, 2 demonstrare videtur. Contra ab Euripide omnino tres tantum Erechthei filias effictas esse colligo ex frg. 362 v. 36:

Καὶ τὴν τεκοῦσαν καὶ σὲ δύο θ' ὁμοσπόρω
σώσει· τί τούτων οὐχὶ δέξασθαι καλόν;

Idem schol. Arat. 172 diserte testatur: *Εὐριπίδης μὲν οὖν ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας Ὑάδας φησὶ γενέσθαι τρεῖς οὔσας.*

At filiarum numero ne nimium apud Apollodorum tribuatur cavendum est, quod quo iure illud *λοιπαί* ad stemma antea ab eo expositum referatur cum Welkero non intellego. Cf. Welker die gr. trag. p. 722. Una ex eis immolata ceteras quoque sese iugulasse Euripides finxisse videtur: sic enim optime explicatur Hesychii *τὸ ζεῦγος τριπάρθενον. Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ* et schol. Arat. v. 172[53]).

---

53) Obstant Ionis versus 277 sq.:

Πατὴρ Ἐρεχθεὺς σὰς ἔθυσε συγγόνους;
ἔτλη πρὸ γαίας σφάγια παρθένους κτανεῖν.
σὺ δ' ἐξεσώθης πῶς κασιγνήτων μόνη;
βρέφος νεογνὸν μητρὸς ἦν ἐν ἀγκάλαις.

nisi cum Welkero p. 722 in verbis *ἔτλη πρὸ γαίας σφάγια*

De morte Erechthei discrepat Apollodorus
apud Euripidem eum proelio vulneratum obiisse
364 colligatur necesse sit. Cf. Welker gr. trag.
At narratio ex Euripidis Ione nota congruit cum
lodoro nec dubito quin haec tota Apollodori fa
duobus eiusdem poetae locis composita sit:

Apoll. III, 15, 5.	Eurip. Ion. v. 2
Γενομένης δὲ μετὰ τὴν σφαγὴν τῆς μάχης Ἐρεχθεὺς μὲν ἀνεῖλεν Εὔμολπον, Ποσειδῶνος δὲ καὶ τὸν Ἐρεχθέα καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλύσαντος.	*Πατέρα δ' ἀληθῶς σὸν κρύπτει χθ Πληγαὶ τριαίνης σφ' ἀπώλεσαν.*

Eumolpum ab Erechtheo in Euripidis fabula
fectum esse sequitur ex frg. 355:

Οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα σῶς ἦλθεν πάλι

Quid quod Apollodori narratio de Eumolpo a N
in Aegyptum deducto ibique erudito ex Erecht
sumpta esse videtur, siquidem ex frg. 351:

Αἰθιοπίαν νιν ἐξέσωσ' ἐπὶ χθόνα

coll. cum Apoll. III, 15, 4, 1: *Ποσειδῶν δὲ ἀνε*
εἰς Αἰθιοπίαν ⟨αὐτὸν⟩ κομίζει aliquid conclud
Versum illum a Neptuno in prologo pronuntiatu
per se probabile est.

Haud aliter quae de Phineo ab Apollodor
15, 3) narrantur: *ἔχων δὲ τούτους ἐκ Κλεοπάτρα*
δας Ἰδαίαν ἐγάμει τὴν Δαρδάνου. Κἀκείνη τῶν
νων πρὸς Φινέα φθορὰν καταψεύδεται καὶ πισ
Φινεὺς ἀμφοτέρους τυφλοῖ ex argumento fabulae
cleae Phineus inscriptae fluxisse e schol. Apo
II, 178 colligo: *Σοφοκλῆς δέ, ὅτι τοὺς ἐκ Κλεο*

παρθένους κτανεῖν breviloquentiam inesse concedis.
natu minimam in vita remansisse in hac fabula
fingit, argumento fabulae explicatur.

υἱοὺς ἐτύφλωσε Παρθένων καὶ Κράμβον[54]) πεισθεὶς διαβολαῖς Ἰδαίας τῆς αὐτῶν μητρυιᾶς. Cf. Apoll. I, 9, 21, 2. Praeterea in fabula de Procne argumentum Terei Sophoclei latere si quis putaverit, non refragabor: nam omnia fere — concubitus cum Philomela, lingua excisa, perfidia Terei a Philomela sorori πέπλῳ indicata, mors Ityos, denique metamorphosis — Apollodoro cum Sophocle communia sunt.

Iam vero saepius fieri videmus, ut illis narrationibus variae fabularum formae quasi lumina narrationis admisceantur veluti in fabula de Minervae et Neptuni de Attica contentione ⟨Apoll. III, 14, 1, 4⟩, ubi eorum sententia impugnatur, qui Cecropem aut Cranaum aut Erysichthonem litis iudices fuisse voluerunt, dein in Adonidis genealogia, quae Hesiodi Panyasisque testimoniis ornatur ⟨Apoll. III, 14, 4, 1⟩, in fabulis de Amphictyonis et Erichthonii progenie ⟨Apoll. III, 14, 6, 1⟩[54a]), in narratione de Phinidis, cui Acusilai frustulum adspersum est ⟨Apoll. III, 15, 2⟩, in fabula de morte Cecropidarum ⟨Apoll. III, 14, 6, 5⟩, de Aegei progenie ⟨Apoll. III, 15, 5, 4⟩, de Androgei morte ⟨Apoll. III, 15, 7, 3⟩, denique conferas Ap. III, 15, 1, 3 cum III, 14, 3, 1.

Restat igitur, ut quaeramus, ex quonam scriptore frustula illa vetustae doctrinae adspersa sint. Quae

---

54) In Phinei filiorum nominibus mutatis non haerendum est, cum eiusmodi nomina a poetis omissa postea fabularum argumentis inserta esse a Wilamowitzio demonstratum sit. Cf. Anal. Eurip. p. 184 sq.

54a) Eaedem sententiae de Amphictyonis genealogia apud Pausaniam redeunt: I, 2, 6. I, 31, 3 coll. c. X, 8, 1. Auctor Marm. Par. Amphictyonem, Atticae regem, a Deucalionis filio diserte distinguit. Cf. Muell. F. H. G. I p. 542. Altera Erichthonii genealogia ex Vulcano et Minerva frequentissima post Euripidem: cf. Erat. Cat. 13, altera primum, quantum equidem scio, in Isocrat. Panath. c. 126 legitur. Cf. Vit. X orat. Plut. p. 843 E.

priusquam exponam, primum quidem stemm
Atticorum, cui quasi fundamento tota fab
carum enarratio superstruatur, accuratius in
Regum illam tabulam interpositis Cecrope
altero ab Atthidum scriptore compositam
iure statuemus: erravit autem Brandisi
graec. antiq. ratione p. 7—20 Hellanico ea
Impugnavit Brandisium Kirchhoff, Herm. V
Stemma oculis proponere mihi liceat:

Cecrops
|
Cranaus
|
Amphictyon
|
Erichthonius
|
Pandion
|
Erechtheus

Cecrops II — Pandion II — Aegeus — Theseus

Metion — Eupalamus — Daedalus

Notissimum est Erechthei et Erichtho
ab Euripide primo in Ione fabula v. 260 s
esse. Antea Erechtheus et Erichthonius ea
erat. Cf. Euseb. p. 30 Vol. II [Schöne]:
ἐβασίλευσεν τέταρτος Ἐριχθόνιος ἔτη πεντή
Ἐριχθόνιος Ἡφαίστου ὁ παρ' Ὁμήρῳ Ἐρε
Cf. Il. β, 547 et schol. De Cecrope et Pan
nullum ea aetate vestigium. Talis regum
chronographorum officinas transiit ac pri
ab Hellanico ordini chronologico ita accom

ut ab Ogyge exordiretur interque Ogygem et Cecropem alios insereret reges ficticios veluti Colaenum, Actaeum. Cf. frg. 62 et 79, Mueller F. H. G. I p. 53 sq. Num vero Cranaum et Amphictyonem norit inter Cecropem et Erichthonium interpositos nescio: in fragmentis quidem nulla eorum mentio invenitur. Recentioris sine dubio aetatis sunt, quod uterque nullo affinitatis vinculo cum Cecrope coniunctus extrinsecus quasi arrepti speciem prae se fert. Accedit quod ne posterioribus quidem aetatis omnibus scriptoribus noti sunt. Cf. Isocr. Panath. 126: *Ἐριχθόνιος μὲν γὰρ ὁ φὺς ἐξ Ἡφαίστου καὶ Γῆς παρὰ Κέκροπος ἄπαιδος ὄντος ἀῤῥένων παίδων τὸν οἶκον καὶ τὴν βασιλείαν παρέλαβεν.* Dein post Hellanici aetatem nescio a quo stemma amplificatum est: tertio quidem saeculo Cecropis et Pandionis personae duplicatae leguntur eo nimirum consilio, ut temporis spatium, quod inde a primo Atticae rege usque ad Theseum praeterlapsum esse chronologi statuerunt, expleretur. Haec certa temporis circumscriptio cuinam debeatur, adhuc sub iudice lis est. Atque terminum ante quem Marmor Parium praebet, in quo eadem regum series[55]) legitur: inde stemma ante Philochorum inventum esse colligatur necesse est[56]). Apertum igitur videtur ante aetatem Philochoream et post Hellanicum illum regum ordinem confectum esse. Qui termini ut angustioribus finibus circumscribantur, contingit Isocratis testimonio, qui in Panath. c. 126 sic loquitur: *Ἐριχθόνιος μὲν γὰρ ὁ φὺς ἐξ Ἡφαίστου καὶ Γῆς παρὰ Κέκροπος ἄπαιδος ὄντος ἀῤῥένων παίδων τὸν οἶκον καὶ τὴν βασιλείαν παρέλαβεν·*

---

55) Posteriore aetate hoc stemma fere solum legitur: Apoll. bibl. III, 14, 1 sq. schol. Arist. p. 106 Frommel. schol. Il. β, 526. schol. Plat. in leg. p. 321 A (p. 371 ed. Herm.).

56) Cf. quae Dopp in dissertatione 'quaestiones de marmore Pario' Vratislaviae 1883 p. 24 disseruit.

ἐντεῦθεν ⟨sc. ἀπὸ τοῦ Ἐριχθονίου⟩ δ' ἀρξάμενο
οἱ γενόμενοι μετ' ἐκεῖνον, ὄντες οὐκ ὀλίγοι, τὰ
αὐτῶν καὶ τὰς δυναστείας τοῖς αὐτῶν παισὶ π
μέχρι Θησέως. Haud ita parvum fuisse numeru
inter Erichthonium et Theseum interpositorum
diserte profitetur: quid? potuitne illud addere, s
tantummodo innotuerunt inter Erichthonium The
reges? Mihi quidem haec Isocratis verba quas
tare videntur, ut Isocratis aetate Cecropem Pa
que interpositos notos fuisse suspicemur. Quae
statui, ante panathenaici Isocratis aetatem id e
110, 2 stemma elaboratum esse liquet; iam vero
quaestio gravissima, unde Isocrates stemma r
Quod ut via et ratione investigemus, ex re eri
gulos inquirere Atthidographos vetustiores e
quantum fieri potest de regum ordine sententia
nare. Ac primum quidem Hellanicum stemmati
rem non fuisse a Kirchhoffio ita demonstratum
nihil habeam quod addam. Sequitur Pherecy
ut ex fragmentis colligi licet in opere mythol
fabulis Atticis egit idque ita, ut regum Atticoru
matis filo aeque ac bibliothecae auctor narrat
fabellasque Atticas deduxisse videatur. De regu
mate nullum disertum testimonium exstat: at t
schol. Oed. Col. v. 472: ἐπὶ τὸν Δαίδαλον ἢ ὁ
περὶ οὗ Φερεκύδης οὕτω· „Μητίονι ⟨cod. Μητίνο
Ἐρεχθέως καὶ Ἰφινόῃ γίγνεται Δαίδαλος, ἀφ' οὗ
καλεῖται Δαιδαλίδαι Ἀθήνησι Pherecydi id
fuisse efficitur: nam in Pherecydis genealogia I
Erechthei nepos est, cum ab eis, quibus regum
tius stemma innotuit, Daedalus Metionis ne
Erechthei pronepos propter synchronismum ef
⟨Apoll. III, 15, 8, 6. Hyg. fab. 39 et 48. Pla
in Polit. p. 529. Diod. IV, 76⟩. Idem de Clid
Plut. Thes. c. 19 demonstratur: τούτῳ ⟨sc. Μίν

ἀπεκρίνατο πρᾴως ὁ Θησεύς, παραιτούμενος ἀνεψιὸν ὄντα Δαίδαλον κἀκείνῳ κατὰ γένος προσήκοντα, μητρὸς ὄντα Μερόπης τῆς Ἐρεχθέως, αὐτὸς δὲ ναυπηγίαν ἐπεβάλλετο κτἑ. Itaque ante Olymp. 100, 3, usque ad quod tempus Clidemi Atthidem descendisse scimus [56a]), stemma illud nondum exstitit. Duo igitur restant Atthidographi, quibus inventum illud vindicari possit: Andro et Phanodemus. Androtionem Isocratis discipulum Demonemque sciens omisi propter temporis rationes: nam Androtionis Atthidem, quam minimum usque ad Ol. 108, 3 pertinuisse ex fragmentis colligi licet (cf. Harp. s. v. *διαψήφισις*), ante Ol. 110, 2 elaboratam esse veri est dissimillimum. De Demone vero inde, quod Philochorus Atthidem contra eum scripsit, efficitur eum aut Philochori aetate floruisse aut non ita multo ante id est c. a. 300 a. Ch. Ex eis auctoribus qui restant, ut uni stemma notum fuisse statuere possimus, contingit Eumolpidarum genealogia. Eleusinia ab Eumolpo instituta esse fabula Attica est: mythographi ea aetate, qua nondum studia chronologica floruerunt, id a Thrace illo, Neptuni et Chionis filio, Erechthei adversario, factum esse statuerunt, dein postquam alter Cecrops alterque Pandion ordini regum inserti sunt, huic stemmati etiam Eumolpi genealogia accomodata est et cum mysteria ante Thesei aetatem in nulla fabula necessaria viderentur, is Eumolpus, cui Eleusinia instituta vindicantur, ad Thesei tempora relegatur. Ergo si a quo auctore inter primum Eumolpum Erechthei aequalem alterumque complures *γενεάς* effingi viderimus, idem de regum stemmate ab Erechtheo usque ad Theseum demonstratum erit. Quae cum ita sint, eis scriptoribus, qui Eleusinia instituta non ad Thracem illum Eumolpum, sed ad trinepotem eius Musaei filium referunt, stemma illud,

---

56a) Cf. Photii Lex. s. v. *Ναυκραρία*. Muell. F. H. G. I p. 360.

de quo agimus, notum fuisse elucet
Andronem Halicarnassensem cadere ex
1051 [57]) intellegatur, haud scio an ver
Andronem inventorem huius stemmatis
Phanodemi sententia nihil certi consta
quoque propter temporis rationem ab
removendum esse, cum post Callisthenen
sententia apud eum redit, ⟨frg. 7. Muell. F.
vixisse videatur [59]).

57) Andronis verba haec sunt: „Αν
dum est, non Ἀνδροτίων: cf. Lex. Rh
Nauck s. v. Κήρυκες⟩ μὲν οὖν γράφει
εὑρεῖν ⟨τὴν⟩ μύησιν, ἀλλ' ἀπὸ τούτου Ε
γεγονότα. Εὐμόλπου γὰρ γενέσθαι Κήρυκ
που· τοῦ δὲ Ἀντίφημον, τοῦ δὲ Μουσαῖον
δὲ Εὔμολπον τὸν καταδείξαντα τὴν μύησι
γεγονότα.

58) Cf. Procl. ad Tim. Plat. p. 30
δὲ Ἀθηναίους Καλλισθένης μὲν καὶ Φανόδη
Σαϊτῶν ἱστοροῦσι γενέσθαι· Θεόπομπος δ
κους αὐτῶν εἶναί φησιν. Cf. Diod. I, 28.
a Theopompo et Callisthene profecta esse

59) Hoc loco de Marmore Pario pauca
Difficilior sane pleniorque dubitationis qua
scriptori fabulae Atticae in Marmore Par
beantur. Qua in re minime tam inopes
torum, ut ne coniecturam quidem pericl
Atthidis quodam scriptore eas fluxisse Dopp
'quaestiones de Marmore Pario' p. 14 s
Dein ex eis, quae modo disputavi, Hellanic
et Clidemum ab hac quaestione remove
apparet: confirmatur haec sententia fragmen
Marmoris Parii adversa fronte repugnent.
commemorationis, quem Hellanicus primum
fuisse contenderat ⟨frg. 62 Muell. F. H. G
vola nec vestigium, immo Cecropem primum
fuisse diserte auctor profitetur, dein Triptol
quae exstat in Marmore Pario, admodum
cyde, qui eum Caeli Terraeque filium fuisse
I, 5, 2, 1⟩. Iam vero Phanodemi narratio

Nunc nobis explorandum est, ex quonam auctore frustula illa vetustae doctrinae in Apollodori fabulis

---

apud Dion. Halic. Ant. Rom. I, 61 comparanti tibi cum Mar. Par. Ep. 26 haec se coniectura offert fieri posse, ut ex Phanodemo fabulae haustae sint. At haec coniectura iam ipso fundamento vacillat, quoniam de Teucro uterque plane diversa tradit. Idem de Androtione demonstrari licet: sequitur ex frg. 33 ⟨Muell. F. H. G. I p. 374⟩ coll. cum. Marm. Par. Ep. 5. Optio igitur data est inter Andronem Demonemque. Dolendum est non satis multa eorum frustula exstare, quibus freti rem diiudicare possimus: at tamen ad probabilitatem perduci mihi posse videtur. Cogites enim, quaeso, quod de Demonis Atthidis indole adhuc eruimus, fabularum Atticarum interpretationem ad humanae rationis captum redactam ei in deliciis fuisse: intelleges hac indole multum eum distare a Marmoris fonte, qui sinceram mythologicam prae se ferat nec unquam admisisse videatur rationem illam pragmaticam. Nihil igitur restat nisi ut Andronem Marmoris fontem fuisse statuamus. Huc optime quadrat, quod in Marmore Pario ea mysteriorum auctoris genealogia legitur, quam Andro proposuerat: cf. Ep. 15: [*ἀφ' οὗ Εὔμολπος ὁ Μουσαί*]*ου τὰ μυστήρια ἀνέφηνεν ἐν Ἐλευσῖνι καὶ τὰς τοῦ* [*πατρὸς Μ*]*ουσαίου ποιήσ*[*ει*]*ς ἐξέθηκ*[*εν ἔτη ΧΗΔ βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐρεχθέ*]*ως τοῦ Πανδίονος*. De Androne conferas quae antea disserui. Obstare tantummodo tempora videntur, quia in Marmore Pario ille mysteriorum auctor ad Erechthei tempora relegatus est. At mihi huic rei non nimium tribuendum videtur: immo hoc loco Marmoris auctorem erroris convictum tenemus, qui utrumque Eumolpum inter se confuderit. Alterum Andronis frustulum ex Marmore Pario elici potest. Ludos Isthmios propter Sinidis caedem a Theseo institutos esse Marmoris auctor memoriae prodit: cf. Ep. 20: *Καὶ ἀπογενόμεν*]*ος* ⟨sc. *ὁ Θησεύς*⟩ *Ἀθηνῶν τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα ἔθηκε Σίνιν ἀποκτείνας κτέ.* Idem Plut. Thes. c. 25 narrat narrationisque fontes, Hellanicum et Andronem, in fine addit: *Ἔνιοι δέ φασιν ἐπὶ Σκείρωνι τὰ Ἴσθμια τεθῆναι, τοῦ Θησέως ἀφοσιουμένου τὸν φόνον διὰ τὴν συγγένειαν. Σκείρωνα γὰρ υἱὸν εἶναι Κανήθου καὶ Ἡνιόχης τῆς Πιτθέως. Οἱ δὲ Σίνιν, οὐ Σκείρωνα, καὶ τὸν ἀγῶνα τεθῆναι διὰ τοῦτον ὑπὸ Θησέως, οὐ δι' ἐκεῖνον. Ἔταξεν οὖν καὶ διω-*

Atticis occurrentia fluxerint. Ac primum quidem ex Atthidographo eas desumptas esse rerum quae narrantur natura[60]) docet, exin inde, quod variae saepius fabularum formae iuxta ponuntur, fontem indolis compilatoriae fuisse intellegitur. quo de fonte cogitantibus nobis stemmate illo regum contigit, ut ultra Hellanicum, Pherecydem Clidemumque quaestionem promovere liceat. Certiora de bibliothecae fonte ex Adonidis fabula eruere possumus. Quid quod ad genealogiam eius exponendam duo adferuntur testimonia, quae a Probo ad Verg. in eadem fabula enarranda adhibita esse videmus? Cf. Apoll. III, 14, 4, 1: *Ἡσίοδος δὲ αὐτὸν* ⟨sc. *Ἄδωνιν*⟩

ρίσατο πρὸς τοὺς Κορινθίους Ἀθηναίων τοῖς ἀφικνουμένοις ἐπὶ τὰ Ἴσθμια παρέχειν προεδρίαν ὅσον ἂν τόπον ἐπίσχῃ καταπετασθὲν τὸ τῆς θεωρίδος νεὼς ἱστίον, ὡς Ἑλλάνικος καὶ Ἄνδρων ὁ Ἁλικαρνασεὺς ἱστορήκασιν. Uterque igitur de Isthmiis a Theseo institutis egerat: quod vero gravius est, etiam causam ludorum uterque indicasse videtur. Iam vero apud Plutarchum duplex causa legitur atque ita quidem, ut ab eis quae sequuntur divelli nequeat. Res igitur sic se habere videtur: tota illa de ludis Isthmiis institutis fabula ex Hellanico et Androne narrata est. Ac Plutarchus eorum sententias sic profert, ut primum quidem quo differat uterque adnotet, deinde quo consentiat auctorum nominibus additis. Tum vero de Sinide fabulam ad Andronem redire nemo negabit. Denique Andro, sicut hoc loco sine dubio saepius Hellanici rationem habuisse censendus est, ut nonnullis eis locis, quibus Hellanici fragmenta cum Marmore Pario consentiant, Andronem subesse haud temere concludas. Quae si recte statui, vides, quantum ad aetatem Andronis recte definiendam lucrati simus. nam ex eis, quae supra de stemmatis compositione disserui, Andronem intra Olymp. 100, 3 et 110, 2 Atthidem edidisse apparet: fortasse verum assequor, si eum eundem esse statuo atque *περὶ θυσιῶν* libri auctorem Philippo dedicati, cuius mentio fit apud Apoll. Hist. Mir. c. 8.

60) Cf. quae Dopp inde a pagina 14 collegit: redeunt in bibliotheca nonnulla, quae Andronem redolent.

Φοίνικος καὶ Ἀλφεσιβοίας λέγει, Πανύασις[61]) *δέ φησι Θείαντος βασιλέως Ἀσσυρίων, ὃς ἔσχε θυγατέρα Σμύρναν κτέ.* cum Probo ad Verg. ⟨ed. Keil p. 25⟩: „Adonis, ut Hesiodus ait, Phoenicis et Alphesiboeae Agenoris ⟨filiae ut Panyasis⟩ Thiantis, qui Syriam ⟨cod. Histriam⟩ Arabiamque tenuit imperio, ut Antimachus ait, regnavit ⟨in⟩ Cypro, ut Philostephanus libro, quo quaestiones poeticas reddidit, ex Iove sine ullius feminae accubitu procreatus. Hunc venandi studiosum fuisse et ab apro interisse: atque ita plurimis cognitum. Pastorem non invenimus fuisse, sed amatoriam fictam Veneris induxit historiam.“ Vix potest credi ab alio scriptore fortuito iterum illam Hesiodi Panyasisque testimoniorum coniunctionem propositam esse, nisi a Philostephano eisque, qui eum exscripserunt. Accedit quod in eodem fabularum conexu ab Apollodoro genealogia profertur, dein de morte Adonidis et amore Veneris in fonte Probi idem narratum fuisse videtur. Itaque in bibliotheca Philostephano aetate sive supparis sive inferioris scriptoris Philostephani opera in usum suum vocantis vestigia latere statuere ausim[61a]).

---

61) Panyasis fabula apud Clitarchum redit. Cf. Stob. Flor. 64, 36. Tzetz. ad Lyc. 829. Altera Adonidis genealogia, ex qua Cinyrae filius est, saepius occurrit. Cf. schol. Clem. Alex. Paed. p. 354. schol. Lyc. v. 829. schol. Theoc. I, 109. Tzetz. ad Lyc. v. 836.

61a) Quae apud Apollodorum antecedunt de Cephali stirpe, num a Philostephano aliena sint, qui praeter *Αἴτια* etiam *περὶ Κύπρου* scripsit ⟨cf. Muell. F. H. G. III p. 30. 31⟩ discerni nequit. Cinyras, Pharnaces filius, memoratur a Suid. s. v. *καταγηράσαις*. Thymaretem filiam fuisse Pygmalionis, quae Cinyrae nupsit filiosque procreavit Oxyporum et Adonim, legimus in schol. Dion. Perieg. v. 509: *Κέφαλος δὲ ὁ Πανδίονος καὶ Ἕρσης εἰς τὴν Ἀσίαν οἰκῶν ἔσχε παῖδας Ἀῷον καὶ Πάφον, ὃς διαβὰς εἰς αὐτὴν πόλιν κτίζει Πάφον, οὗ υἱὸς Κινύρας προςέσχε τὴν νῆσον καὶ Πυγμαλίων Φοίνιξ, οὗ θυγατέρα Θυμαρέτην γαμεῖ καὶ ποιεῖ Ὀξύπορον καὶ Ἄδωνιν, ὃν ὑπὸ συὸς ἀποθανόντα λέγειν*

Sed cur tandem fabulae illae Cypriae (III, 14, 4, 1—5) Atticis immixtae leguntur? Res plana est: ut Cyprum cum Athenis antiquitus coniunctam fuisse fabularum stirpe demonstretur. Itaque fabulas Cyprias artissime cohaerere cum narrationibus Atticis satis adparet: ad eandem igitur redeunt Atthidem, ex qua cetera doctrinae vestigia immixta sunt. En habes Atthidographum discrepantiis fabularum gaudentem, tertio saeculo exeunte florentem, denique Philostephanum exscribentem. Iam vero etiam Callimachi opera ab eo adhibita esse ex narratione de Minervae et Neptuni lite colligo. In hac fabula bibliothecae auctor eorum sententiam reicit, qui hanc contentionem ab iudice mortali diiudicatam esse contenderunt. Cf. Apoll. III, 14, 1, 3, 4: *Γενομένης δὲ ἔριδος ἀμφοῖν περὶ τῆς χώρας, Ἀθηνᾶν καὶ Ποσειδῶνα διαλύσας Ζεὺς κριτὰς ἔδωκεν οὐχ ὥς εἶπόν τινες Κέκροπα ἢ* (*καὶ* cod.)[62]) *Κραναὸν οὐδὲ Ἐρυσίχθονα, θεοὺς δὲ τοὺς δώδεκα. καὶ τούτων δικαζόντων ἡ χώρα τῆς Ἀθηνᾶς ἐκρίθη, Κέκροπος μαρτυρήσαντος, ὅτι πρῶτον τὴν ἐλαίαν ἐφύτευσεν κτἑ.* Unus ex eis, qui hoc loco impugnatur, Callimachus est, cuius enarratio in schol. Il. ϱ v. 54 (frg. 384 Schneider) exstat: *Ποσειδῶν καὶ Ἀθηνᾶ περὶ τῆς Ἀττικῆς ἐφιλονείκουν. καὶ Ποσειδῶν μὲν ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως τῆς Ἀττικῆς κρούσας τῇ τριαίνῃ κῦμα θαλάσσης ἐποίησεν ἀναδοθῆναι, Ἀθηνᾶ δὲ ἐλαίαν. κριτὴς δὲ αὐτῶν γενόμενος Κέκροψ ὁ τῶν τόπων τῆς Ἀττικῆς βασιλεὺς τῇ θεῷ προςένειμε τὴν χώραν, εἰπὼν ὅτι θάλασσα μέν ἐστι πανταχοῦ, τὸ δὲ φυτὸν τῆς ἐλαίας ἴδιον Ἀθηνᾶς. ἡ ἱστορία παρὰ Καλλιμάχῳ.* Haec fabula in eo tamquam cardine vertitur, ut rex Atticae in hac

---

ἔπεισεν ὡς ἥρπασται ὑπὸ Ἀφροδίτης καὶ πέμψας ἔθαψεν ἐν Βύβλῳ τῆς Φοινίκης παρὰ ποταμὸν, ὃς Ἄδωνις καλεῖται. Cf. Hyg. fab. 242. 270. Ovid. Met. X, 298.

62) Verba *Κέκροπα καὶ Κραναόν* inepta mihi videntur. Cf. Meursius de reg. Atticis p. 47.

lite sibi ipse numen eligat eique praemium vindicet, cuius signum Atticae usui fore putat. Contra iam inde a quinto saeculo [63]) altera eiusdem fabulae forma nota erat, quae deos diiudicantes facit: iam vero fieri non potuit, ut Minervae propter utilitatem signi victoria tribueretur, sed si antiquior fabulae forma antiquioris scriptoris sive poetae testimonio suppleri licet (cf. Eurip. Ion v. 1434: ἣν πρῶτ᾽ Ἀθάνας σκόπελος ἐξηνέγκατο), mira illa arte factum esse censebimus, qua Minerva ex saxo oleam elicuit [64]). Deinde duae illae fabulae conglutinantur et ita quidem, ut antiqua enarratio, quae duodecim deorum consilio iudicium contentionis vindicat, retineatur, Cecropis vero testimonium a dis adhibitum, quo a Minerva oleam satam esse probatur, iudicio utilitate signi niso ex Callimachi versione narrationi inseratur [65]). Hanc fabulae formam conglutinatam legimus in Apollodori bibliotheca, unde sequitur, si quidem recte statui, fontem post Callimachum vixisse. Hac igitur fabula in eandem deducimur aetatem, quam iam supra deprehendimus. Dixerit fortasse quispiam illam fabularum conglutinationem ad Philochorum, Atthidographum celeberrimum, redire posse, qui utpote aequalis Callimachi eius opera legere potuerit. At tamen haec sententia stare non potest. nam primum quidem Philochorum circiter Olymp. 130 mortem obiisse scimus, quo tempore nondum omnia Callimachi opera composita erant. Deinde vel ex eis, quae de Philochori opere explorata habemus, a bibliothecae fonte diversissimum eum fuisse nemo non est concessurus. Philochori enim Atthis minime

---

63) Ex Cratini versu sequitur: ἔνθα Διὸς μεγάλου θᾶκοι πεσσοί τε καλοῦνται et ex Suid. s. v. Διὸς ψῆφος, Hes. s. v. Διὸς θᾶκοι. Cf. Herm. XVI p. 74 sq. XVII p. 128.

64) Cf. Herm. XVII p. 127.

65) Herm. XVII p. 129.

opus erat compilatorium, sed etiamsi hic illic ab aliorum iudicio eum pendere negari nequit, tamen plerumque suam profert sententiam. Cf. frg. 8, 53, 111. Denique ex dissensu fragmentorum, quae quidem exstent ex primo alteroque libro historias fabulares continentibus, Philochorum fontem Apollodori esse non posse adparet. Veluti Philochorus Amphictyonem a Baccho didicisse vini temperandi facultatem narrat[66]), ab Apollodoro vero ⟨III, 14, 7⟩ Pandione regnante eum in Atticam venisse et Icarium edocuisse fingitur. Deinde Philochorus Cecropem propter corporis proceritatem *διφυῆ* nominatum esse contendit[67]): contra Apollodorus ⟨III, 14, 1⟩ propter humani ac serpentis coniunctionem[68]).

De Philochoro igitur cogitare non licet, contra in Istrum Callimachium omnia simul quadrant, quae significavi, indicia. Quid? quod fabularum congeries ei in deliciis erat? quod Callimachi, magistri celeberrimi,

---

66) Cf. Ath. II p. 38 C: *Φιλόχορος δέ φησιν Ἀμφικτύονα τὸν Ἀθηναίων βασιλέα, μαθόντα παρὰ Διονύσου τὴν τοῦ οἴνου κρᾶσιν, πρῶτον κεράσαι.* Redit frustulum Philochoreum apud Paus. I, 2, 5: *Μετὰ δὲ τὸ τοῦ Διονύσου τέμενός ἐστιν οἴκημα ἀγάλματα ἔχον ἐκ πηλοῦ, βασιλεὺς Ἀθηναίων Ἀμφικτυὼν ἄλλους τε θεοὺς ἑστιῶν καὶ Διόνυσον.* Coniunctum legitur cum Pegaso Eleutherensi, qui deum in urbem duxerat: haud scio an idem a Philochoro narratum sit.

67) Euseb. Chron. ed. Schöne II p. 26: *Κέκροψ διφυὴς τῆς τότε Ἀκτῆς, νῦν δὲ Ἀττικῆς, ἐβασίλευσεν ἔτη ν διὰ μῆκος σώματος οὕτω καλούμενος, ὥς φησιν ὁ Φιλόχορος ἢ ὅτι Αἰγύπτιος ὢν τὰς δύο γλώσσας ἠπίστατο.*

68) Eadem causa affertur a schol. Arist. Plut. 77 *Κέκροψ Αἰγύπτιος ὢν τὸ γένος ᾤκισε τὰς Ἀθήνας· ὅθ οἱ Ἀθηναῖοι Κεκροπίδαι λέγονται, τινὲς δέ φασι τοῦτον διφυῆ γεγενῆσθαι, οἱ μὲν ὅτι τὸ μὲν ἄνω ἀνδρὸς εἶχε, δὲ κάτω θηρίου κτέ.*, et a schol. ad Arist. Vesp. 1 *Εἰσὶ δὲ οἵ φασι τὸν Κέκροπα διφυᾶ γενέσθαι καὶ τὰ κ ὄφεως ἐσχηκέναι.*

opera adhibuit [69]), quod denique Philostephanum in usum suum convertisse apparet ex Const. Porphyr. de them. lib. I p. 13? [70])

Gravissimi vero momenti est, quod ex paucis Istri fragmentis nonnulla in bibliotheca redeunt. Etenim quae ab Apoll. III, 15, 1 narrantur de Procride cum Minoe coeunte canemque, quem nemo cursu superare hastamque quam nemo effugere poterat, a Minoe, quem morbo laborantem sanaverat, accipiente, dein Athenas reduci cum Cephalo reconciliata et ab eo interfecta, ex Istro hausta esse verisimillimum est. De Cephalo et Procride Ister in Atticis accuratius egerat; Erechtheum hastam defixisse in Procridis tumulo, qua caedes indicaretur, secundum nonnullos tradiderat. Cf. Harp. s. v. *Ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῆς ἐκφορᾶς καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῶν μνημάτων . . . . Ἴστρος δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Ἀτθίδων περὶ Προκρίδος καὶ Κεφάλου εἰπὼν γράφει ταυτί· „Τινὲς δὲ ἐπὶ τοῦ τάφου δόρυ καταπεπηχότα τὸν Ἐρεχθέα φασὶ πεποιῆσθαι παρακαταθέμενόν τε καὶ τὸ πάθος*

69) Cf. quae p. 42 disserui.

70) *Κύπρος ἐκλήθη ἀπὸ Κύπρου τῆς θυγατρὸς Κινύρου ἢ τῆς Βίβλου καὶ Ἀφροδίτης, ὡς Φιλοστέφανος ἐν τῷ περὶ νήσων καὶ Ἴστρος ἐν ἀποικίαις Αἰγυπτίων ἱστόρησαν.* Quod supra demonstravi, Philostephanum ab Istro adhibitum esse, apparet etiam ex fabula de Minois morte. Apollodori historiae fabularis conformatio exstat apud Zenob. s. p. *λούσαιο τὸν Πελίαν* ⟨cf. Robert de Apoll. bibl. p. 49⟩: suppletur eis quae Wagnerus in Mus. Rh. 41 p. 141 sq. nuper publici iuris fecit. In fine narrationis Apollodoreae haec discrepantia exstitit: *ὁ δὲ* ⟨sc. *Μίνως*⟩ *λουσάμενος ὑπὸ τῶν Κωκάλου θυγατέρων ἔκλυτος ἐγένετο. ὡς δὲ ἔνιοί φασι ξεστῷ καταχυθεὶς ὕδατι μετήλλαξεν* ⟨sic correxit Wagn. p. 142⟩. sub *ἐνίοις* latere Callimachum et Philostephanum schol. Il. *β* 145 docet. Probabile fit illorum duorum auctorum testimonia non ad totam narrationem, sed ad alteram de Minois morte historiam pertinere.

σημαίνοντα διὰ τὸ νόμιμον εἶναι τοῖς προςήκουσι τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τοὺς φονέας."

Huius narrationis vestigia apud Apollodorum quidem non exstant nec id ullius momenti est; tamen verba Harpocrationis accurataque illa de Procridis tumulo narratiuncula argumento sunt, uberiorem aliquam huius fabulae nemoriam apud Istrum exstitisse. Fabula ipsa notissima est: at diversa testimonia hoc loco proferre non ex rę erit, satis habeo de hac re Wilamowitzii commentationem de Euripidis Phaetonte Herm. Vol. XVIII p. 424 adn. significasse. Altero vero Istri de Procride frustulo vix dici potest, quantum lucremur ad huius scriptoris fabulam supplendam. Cf. Hyg. Astr. II, 35: „Hic ⟨sc. canis⟩ dicitur ab Iove custos Europae appositus esse et ad Minoa pervenisse. Quem Procris Cephali uxor laborantem dicitur sanasse et pro eo beneficio canem muneri accepisse, quod illa studiosa fuerit venationis et quod cani fuerat datum, ne ulla fera praeterire eum posset. Post eius obitum canis ad Cephalum pervenit, quod Procris eius fuerat uxor: quem ille ducens secum Thebas pervenit, ubi erat vulpes, cui datum dicebatur omnes canes effugere posse. Itaque cum in unum pervenissent, Iupiter, nescius quid faceret, ut Ister ai[t] utrumque in lapidem convertit." Hanc fabulam ab Hy[-] gino ex Catasterismis et Istri *Ἀττικοῖς* consutam es[se] Robertus statuit ⟨cf. Rob. Erat. cat. rel. p. 167⟩. Q[uo] iure non intellego. Exitum fabulae prorsus diversum [in] Catasterismis ex Istro, ut ipse dicit, profert; dein [in] fabula ipsa discrepantiae sunt, quae adeo cohaerent c[um] narratione, ut ex alio fonte adici nequeant [71]). S[im-] plicissimum igitur verique simillimum est, si in hac [t]ota fabula enarranda Hygino Istrum ad manum fu[isse] statuimus. Iam vero etsi non omnia narrationis mom[enta]

71) Item Wilamowitzius l. c. iudicat.

apud Apollodorum redeunt, alia vero accuratiora, tamen satis commode unius narrationis hiatum ex utraque fabula poteris supplere; nihil omnino inest in bibliothecae narratione, quod discrepet ab Hygino. Itaque apparere mihi videtur utramque narrationem ex eodem fonte fluxisse. Atque imaginem fabulae ex utraque narratione in hunc fere modum licet concinnare: ‚Procris Erechthei filia cum Cephalo, Deionis filio [71a]), matrimonio coniuncta a coniuge in connubio cum Pteleo deprehenditur. Tunc Cretam aufugit ad Minoem, a quo morbo laborante sanato mercedem operae canem iaculumque accepit. His donis Athenas redux a Cephalo inscio in venatione interficitur. Propter hoc crimen Athenas relinquere coactus Thebas pervenit, quam urbem vulpe Teumessica liberat' [72]). Huius fabulae fontem eum statuamus necesse est, qui ab Hygino in calce nominatur: tum vero idem de bibliothecae narratione demonstratum est. Iam vero eundem Aegei feminarum catalogum, qui ab Apollodoro ⟨III, 15, 6⟩ proponitur: *Γαμεῖ* ⟨sc. *Αἰγεύς*⟩ *δὲ πρῶτον τὴν Μελίτην* ⟨*Μήταν* cod. quod Wilam. nihili esse intellexit. Cf. Herm. XV p. 523⟩ *τὴν Ὅπλητος, δευτέραν δὲ Χαλκιόπην τὴν Ῥηξήνορος* legimus apud Ath. XIII p. 557 a: *Πολυγύναιος δ' ἐγένετο καὶ Αἰγεύς. πρώτην μὲν γὰρ ἔγημε τὴν Ὅπλητος θυγατέρα, μεθ' ἣν τῶν Χαλκώδοντος μίαν. παραδοὺς δ' ἀμφοτέρας φίλοις συνῆν πολλαῖς χωρὶς*

71a) Cephalus a plerisque Deionis filius nominatur. Cf. Paus. I, 37, 6. Callim. hym. in Dian. v. 209. Anton. Lib. Met. 41.

72) Fabula de vulpe Teumessica redit in Thebaicis. Cf. Apoll. II, 4, 7, 2. Eo discrepat fabula Thebaica, quod Cephalus precibus Amphictyonis commotus Thebas pervenit. Cf. Aristodemi *Θηβαϊκῶν* scriptoris narrationem apud Phot. s. v. *Τευμησία*, quae facit cum Istro. In eadem fabula aliorum scriptorum consensus cum Istro adnotandus est velut Nicandri, qui de cane Cephali idem narraverat. Cf. Poll. V, 38, 39 et Heraclitus de Incred. 30 p. 79 Westerm.

γάμων, ἔπειτα τὴν Πιτθέως ἔλαβεν Αἴθραν, μεθ' ἣν Μήδειαν. Sequitur hanc enumerationem catalogus Thesei feminarum, cuius auctor Ister nominatur: inde colligo, hunc quoque Aegei feminarum catalogum, qui artissime cum insequentibus cohaereat eandemque redoleat disciplinam, ex eodem fonte desumptum esse. Haec coniectura eo probatur, quod idem catalogus in schol. Med. 673 redit: *Πρώτην ἔσχε Μελίτην τὴν Ὅπλητος, δευτέραν Χαλκιόπην τὴν Χαλκώδοντος, τρίτην δὲ Μήδειαν*, cuius fons Dionysius Scytobrachion [73]) esse videtur, a quo Istrum solum ex Atthidographis adhibitum esse scimus. Cf. schol. Apoll. Rh. II, 207. Nec in nomine Chalciopes patris apud Apollodorum mutato haerendum est, quippe cum Istri opus propter indolem compilatoriam discrepantiis refertum fuisse credamus necesse sit. Dein in ea quae antecedit de Pandionis filiis enarratione Istri frustulum latet. Duae iuxta ponuntur fabulae: altera Aegeum filium fuisse Pandionis, altera vero ab eo suppositum esse narratur: utraque narratiuncula Istro nota erat, si quidem Strab. p. 392 coniungis cum Plut. Thes. c. 13, de quibus antea dictum est [74]). Denique quae de Periphete narrantur (Apoll. III, 16, 1, 2), ad eundem Istrum redire ex eis quae supra monui apparet [75]).

Iam vero ad Hygini quae feruntur fabulas transeam. Inde a fabula 37 Thesei facinora aliaque, quae ad historiam fabularem Atticam pertinent, enarrantur. Quae omnia ab Hygino ipso conrasa esse vix credi potest: immo libellum vilissimum excerptum esse ex ampliore compendio fabulari pro certo atque explorato habeo.

73) Cf. Schwartz de Dionys. Scyt. p. 33.

74) Cf. p. 30 adn. 32. p. 38.

75) Cf. p. 36. Confido multa plura de fonte dici posse, si Apollodori supplementum, quod Wagnerus in codice Vaticano detexisse sibi visus est (cf. Rh. Mus. 41 p. 134 sq.), in lucem prodierit.

Itaque non magna ei auctoritas tribuenda est: nam etsi multa ex compendio in usum suum convertit, tamen alia sive variavit sive de suo ipsius ingenio inseruisse videtur. Quae ut paucis exponam, ab Apollodoro mihi proficiscendum est.

Quae in bibliotheca III, 15, 8, 9 narrantur de Daedalo Athenis profugo, quia sororis filium Talaum de arce deiecerat, deinde in Cretam ad Minoa venien te ibique Pasiphaae, Minois uxori, bovem ligneam faciente et Labyrinthum exstruente, conferenda sunt cum fine capitis primi libri III, 1, 3, 4. In hac fabula diversis locis a bibliothecae auctore prolata cum nullum diversitatis vestigium deprehendi possit, etsi casu accidit, ut, quae illic fusius exposita sunt, hic in brevius contracta appareant, vix dubium est, quin haec quoque bibliothecae pars ex eodem fonte desumpta sit. Quod quo facilius intellegatur, testimonia in uno conspectu composita deinceps examinabo:

Apoll. III, 15, 8, 9.

Ἦν δὲ οὗτος ⟨sc. *ὁ Μινώταυρος*⟩ *ἐν Λαβυρίνθῳ καθειργμένος, ἐν ᾧ τὸν εἰςελθόντα ἀδύνατον ἦν ἐξιέναι. Πολυπλόκοις γὰρ καμπαῖς τὴν ἀγνοουμένην ἔξοδον ἀπέκλειε. Κατεσκεύασε δὲ αὐτὸν Δαίδαλος ὁ Εὐπαλάμου παῖς τοῦ Μητίονος καὶ Ἀλκίππης. Οὗτος ἦν ἀρχιτέκτων ἄριστος καὶ πρῶτος ἀγαλμάτων εὑρετής. Οὗτος ἐξ Ἀθηνῶν ἔφυγεν, ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως βαλὼν τὸν τῆς ἀδελφῆς Πέρδικος υἱὸν Τάλω, μαθητὴν ὄντα, δείσας μὴ διὰ τὴν εὐφυΐαν αὐτὸν ὑπερβάλῃ· σια-*

Apoll. III, 1, 4, 2.

Ἡ δὲ ⟨sc. *Πασιφάη*⟩ *ἐρασθεῖσα τοῦ ταύρου συνεργὸν λαμβάνει Δαίδαλον, ὃς ἦν ἀρχιτέκτων, πεφευγὼς ἐξ Ἀθηνῶν ἐπὶ φόνῳ. Οὗτος ξυλίνην βοῦν ἐπὶ τροχῶν κατασκευάσας . . .*

Ἦν δὲ ὁ λαβύρινθος, ὃν Δαίδαλος κατεσκεύασεν, οἴκημα καμπαῖς πολυπλόκοις πλανῶν τὴν ἔξοδον. Τὰ μὲν οὖν περὶ Μινωταύρου καὶ Ἀνδρόγεω καὶ Φαίδρας καὶ Ἀριάδνης ἐν τοῖς περὶ Θησέως ὕστερον ἐροῦμεν.

γόνα γὰρ ὄφεως ξύλον λεπτὸν ἔπρισε. Φωραθέντος δὲ τοῦ νεκροῦ . . . ἔφυγε. Κακεῖ Πασιφάης ἐρασθείσης τοῦ Ποσειδῶνος ταύρου συνήργησε, τεχνησάμενος ξυλίνην βοῦν . . . . .

Huius Daedali fabulae memoria redit apud Hyginum in fab. 39 et 40. Ac maximam fere partem Hyginus cum Apollodoro facit: eandem novit Daedali genealogiam, qua coniuncta cum fab. 48: „Aegeus Pandionis filius" fonti amplius illud regum Atticorum stemma notum fuisse probatur, eodem modo Daedali artem laudat idemque narrat de invidia eius contra sororis filium, qui serram invenerat, de morte eius a Daedalo ei inscita, de fuga Daedali in Cretam, de lignea vacca Pasiphaae facta Minois coniugi amore Minotauri captae, de Minotauro, denique de labyrintho: discrepat ab Apollodoro sororis nomine, loco, de quo Daedalus sororis filium deiecit, et causa reginae amoris in taurum. Harum discrepantiarum alteram, qua sororis filium de summo tecto, non de summa arce a Daedalo deiectum esse narratur, sine ulla dubitatione compilatoris neglegentiae adtribuas: de tertia num auctoris ingenio tribuenda sit dubito, etsi in illa causa omnes fere huius fabulae narrationes discrepant. Cf. Apoll. III, 1, 4, 1. Bode scriptor. rer. myth. latini tres p. 15[76]). In primam vero haec ratio vix mihi

76) 'Indicato a Sole adulterio Martis et Veneris, Vulcanus minutissimis catenis lectulum cinxit, quibus Mars et Venus ignorantes implicati sunt et cum ingenti turpitudine resoluti sub testimonio cunctorum deorum. Quod factum Venus vehementer dolens, stirpem omnem Solis persequi infandis amoribus coepit. Igitur Pasiphae, Solis filia, Minois regis Cretae uxor, tauri amore flagrabet et arte Daedali inclusa intra vaccam ligneam, septam c… io iuven-

cadere videtur: immo diversa nomina utrubique allata olim inter se opposita, alterum ab altero auctore ex fonte desumpta esse Phot. loco s. v. *Πέρδικος ἱερόν* probatur: *παρὰ τῇ ἀκροπόλει· Εὐπαλάμῳ γὰρ ἐγένοντο παῖδες Δαίδαλος καὶ Πέρδιξ, ἧς υἱὸς Τάλως, ᾧ φθονήσας ὁ Δαίδαλος τῆς τέχνης, ἔρριψεν αὐτὸν κατὰ τῆς ἀκροπόλεως, ἐφ' ᾧ ἡ Πέρδιξ ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. Ἀθηναῖοι δὲ αὐτὴν ἐτίμησαν. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Καμικίοις τὸν ὑπὸ Δαιδάλου ἀναιρεθέντα Πέρδικα εἶναι τοὔνομα* [77]). Itaque cum alterum alterius fontem statuere nequeas, utrumque scriptorem ex simili fonte fluxisse suspiceris necesse est. Atque haec suspicio optime commendatur eo quod singulorum enuntiatorum magna similitudo est:

Hyg. fab. 39. 40.	Apoll. III, 15, 8, 10.
Daedalus, Eupalami filius, qui fabricam a Minerva dicitur accepisse, Perdicem, sororis suae filium, propter artificii invidiam, quod is primum serram invenerat, summo tecto deiecit. Ob id scelus Athenis Cretam ad regem Minoem abiit. Pasiphae, Solis filia, uxor Minois, sacra deae Veneri per aliquot annos non fecerat. Ob id Venus amorem infandum illi obiecit, ut taurum illa amaret. In hoc Daedalus exul	*Κατεσκεύασε δὲ αὐτὸν* (sc. *τὸν λαβύρινθον*) *Δαίδαλος ὁ Εὐπαλάμου παῖς . . . οὗτος ἦν ἀρχιτέκτων ἄριστος . . . οὗτος ἐξ Ἀθηνῶν ἔφυγεν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως βαλὼν τὸν τῆς ἀδελφῆς Πέρδικος υἱὸν Τάλω, μαθητὴν ὄντα, δείσας μὴ διὰ τὴν εὐφυΐαν αὐτὸν ὑπερβάλῃ· σιαγόνα γὰρ ὄφεως εὑρὼν ξύλον λεπτὸν ἔπρισε.... Καταδικασθεὶς πρὸς Μίνωα ἔφυγεν. Κἀκεῖ Πασιφάης ἐρασθείσης τοῦ Ποσειδῶνος ταύρου συνήργησε*

cae pulcherrimae, cum tauro rem habuit; unde natus est Minotaurus, qui intra labyrinthum inclusus, humanis carnibus vescebatur.'

77) Cf. Ovid. Met. VIII, 237.

cum venisset, petiit ab eo auxilium. Is ei vaccam ligneam fecit et verae vaccae corium induxit, in qua illa cum tauro concubuit. ex quo compressu Minotaurum peperit capite bubulo, parte inferiore humana. Tunc Daedalus Minotauro labyrinthum inextricabili exitu fecit, in quo est conclusus etc.

τεχνησάμενος ξυλίνην βοῦν.

Cf. Apoll. III, 1, 4. *Οὗτος* ⟨sc. *Δαίδαλος*⟩... *ἐκδείρας τε βοῦν τὴν δορὰν περιέῤῥαψεν καὶ . . . ὡς ἀληθινῇ βοῒ συνῆλθεν* ⟨sc. *ὁ Ποσειδῶνος ταῦρος*⟩. *Ἡ δὲ Ἀστέριον ἐγέννησε τὸν κληθέντα Μινώταυρον. Οὗτος εἶχε ταύρου πρόσωπον, τὰ δὲ λοιπὰ ἀνδρός. Ἦν δὲ ὁ λαβύρινθος οἴκημα καμπαῖς πολυπλόκοις πλανῶν τὴν ἔξοδον.*

In hac Apollodori narratione nonnulla sunt, quae poetam tragicum redoleant velut verba illa, ex quibus trimeter iambicus elici licet:

καμπαῖσι πολυπλόκοις πλανῶν τὴν ἔξοδον.

Ergo haud scio an verum assequar, si in hac Apollodori narratione, quod saepius factum esse scimus[78]), tragici poetae versus in pedestrem orationem conversos esse: de poeta vero dubitari licet nec pro certo affirmare ausim, Sophoclis Camiciorum prologum fontem fuisse, etsi Sophoclem in illa fabula de eis, quae Daedali fugam antecesserunt, dein de fuga ipsa egisse ex Phot. s. v. *Πέρδικος ἱερόν* apparet.

Quae sequuntur apud Hyginum in fab. 40 et 44, in Apollodori bibliotheca interciderunt: sed si Robertus recte monuit[79]), apud Zenob. IV s. prov. *λούσαιο τὸν Πελίαν* Apollodori narratio de morte Minois Daedalique

---

78) Cf. E. Schwartz de schol. Hom. ad hist. fab. pert. p. 449 sq.

79) Cf. Robert. de Apollodori biblioth. p. 49.

sorte servata est, quacum Hyginus nulla in re non consentit[80]). Fabula illa de morte Minoi a Cocali filiabus illata argumentum est fabulae Sophocleae, quae *Καμίκοι* inscribitur[81]): *αἴτιον* vero illud, quo Icarii maris nomen explicatur, a Callimacho profectum esse videtur, si quidem subscriptioni schol. Il. *β*, 145 fides habenda est[82]). Hygini igitur enarrationem ex utroque fonte

---

80) *Μίνῳ δὲ τῷ Κρητῶν βασιλεῖ αἱ Κωκάλου θυγατέρες ἐπέχεαν ζέουσαν πίσσαν. Δαίδαλον γὰρ σὺν Ἰκάρῳ τῷ παιδὶ καθεῖρξε Μίνως ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ, δι' ὅπερ εἰργάσατο μύσος ἐπὶ τῷ τῆς Πασιφάης ἔρωτι τῷ πρὸς τὸν ταῦρον. Ὁ δὲ πτερὰ κατασκευάσας ἑαυτῷ καὶ τῷ παιδὶ ἐξῆλθε τοῦ Λαβυρίνθου καὶ ἀναπτάμενος ἔφυγε σὺν Ἰκάρῳ. Ἰκάρου μὲν οὖν μετεωρότερον φερομένου καὶ τῆς κόλλης ὑπὸ τοῦ ἡλίου τακείσης, αἱ πτέρυγες διελύθησαν. Καὶ οὗτος καταπίπτει, Δαίδαλος δὲ διασώζεται. Ὁ Μίνως οὖν ἐδίωκε Δαίδαλον καὶ καθ' ἑκάστην χώραν ἐρευνῶν ἐκόμιζε κόχλον καὶ πολὺν ὑπισχνεῖτο δοῦναι μισθὸν τῷ διὰ τοῦ κοχλίου λίνον διείραντι, διὰ τούτων νομίζων εὑρήσειν Δαίδαλον. Ἐλθὼν δὲ εἰς Κώκαλον, παρ' ᾧ Δαίδαλος ἐκρύπτετο, δείκνυσι τὸν κοχλίαν. Ὁ δὲ λαβὼν ἐπηγγέλλετο διείρειν καὶ Δαιδάλῳ δίδωσιν. ὁ δὲ ἐξάψας μύρμηκος λίνον καὶ τρήσας τὸν κοχλίαν, εἴασε δι' αὐτοῦ διελθεῖν. Λαβὼν δὲ Μίνως τὸν λίνον διειρμένον ᾔσθετο εἶναι παρ' ἐκείνῳ τὸν Δαίδαλον καὶ εὐθέως ἀπῄτει. Κώκαλος δὲ ὑποσχόμενος δώσειν, ἐξένισεν αὐτόν. Ὁ δὲ λουσάμενος ὑπὸ τῶν Κωκάλου θυγατέρων ἀνῃρέθη, ζέουσαν πίσσαν ἐπιχεαμένων αὐτῷ.*

81) Cf. Nauck T. G. F. p. 159.

82) Schol. Il. *β*, 145: *Τοῦ Ἰκαρίου πελάγους κεκλημένου οὕτως ἀπὸ Ἰκαρίου τοῦ Δαιδάλου παιδός, πεσόντος εἰς αὐτὸ καὶ ἀπολομένου οὕτως. μετὰ τὴν τῆς Πασιφάης πρὸς τὸν ταῦρον μίξιν Δαίδαλος εὐλαβούμενος τὴν Μίνωος ὀργὴν πτερωτὸς σὺν Ἰκάρῳ τῷ υἱεῖ ἐφέρετο. καταπεσόντος δὲ τοῦ παιδὸς τὸ ὑποκείμενον πέλαγος Ἰκάριον μετωνομάσθη. ὁ μέντοι Δαίδαλος διαπτὰς εἰς Κάμικον τῆς Σικελίας καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκδεχόμενος ἔμεινε παρὰ ταῖς Κωκάλου θυγατράσιν, ὑφ' ὧν ὁ Μίνως ἥκων ἐπ' ἀναζήτησιν τοῦ Δαιδάλου, ἀποθνήσκει καταχυθέντος αὐτοῦ ζεστοῦ ὕδατος. ἱστορεῖ Φιλοστέφανος καὶ Καλλίμαχος ἐν Αἰτίοις* (frg. 5 Schn.).

consutam esse colligo. Gravissimi momenti est, quod ne in his quidem vilioribus excerptis discrepantiarum vestigia prorsus evanuerunt: Cf. fab. XL „Alii dicunt, Theseus cum Minotaurum occidit Daedalum Athenas in patriam suam reduxit.“ Praeter hanc fabulam ex tragici poetae argumento Hygini fab. XLVII desumpta est: latet sub ea Euripidis Hippolyti argumentum. Fabulae XLII frustulum Pherecydeum servatum est: Cf. schol. Od. λ v. 322. Istro id vindicandum esse colligo ex Plut. Thes. c. 19, quo Pherecydis testimonium apud Istrum exstitisse probatur. Idem in frustulum Hellanici, quod in antecedenti fabula deprehenditur, cadit: „Theseus posteaquam a Troezene venerat et audiit quanta calamitate civitas afficeretur, voluntarie se ad Minotaurum pollicitus est ire. quem pater cum mitteret, praedixit ei, ut si victor reverteretur, vela candida in navem haberet: qui autem ad Minotaurum mittebantur, velis atris navigabant“. Cf. Plut. Thes. c. XVII: ⟨*Θησεὺς*⟩ *ἐπέδωκεν ἑαυτὸν ἄνευ κλήρου προςελθών* . . . *Ἑλλάνικος δέ φησιν* . . . . . *πρότερον μὲν οὖν οὐδεμία σωτηρίας ἐλπὶς ὑπέκειτο. διὸ καὶ μέλαν ἱστίον ἔχουσαν, ὡς ἐπὶ συμφορᾷ προδήλῳ, τὴν ναῦν ἔπεμπον· τότε δὲ τοῦ Θησέως τὸν πατέρα θαρρύνοντος* . . . *ἔδωκεν ἕτερον ἱστίον λευκὸν τῷ κυβερνήτῃ, κελεύσας ὑποστρέφοντα σωζομένου τοῦ Θησέως ἐπάρασθαι τὸ λευκόν, εἰ δὲ μή, τῷ μέλανι πλεῖν καὶ ἀποσημαίνειν τὸ πάθος.* Quae de Erechthei filiabus in fab. XLVI enarrantur „Erechtheus Pandionis filius habuit filias quattuor, quae inter se coniuraverunt: si una earum mortem obisset, ceterae se interficerent“ conferantur cum Apoll. III, 15, 4, 5: *Καὶ σφάξαντος αὐτοῦ* ⟨*Ἐρεχθέως*⟩ *τὴν νεωτάτην καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν· ἐπεποίηντο γάρ, ὡς ἔφασάν τινες, συνωμοσίαν ἀλλήλαις συναπολέσθαι.* Insequentia collata cum Isocratis Panath. 193: *Θρᾷκες μὲν γὰρ μετ᾽ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος εἰςέβαλον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν*, δ

ἠμφισβήτησεν Ἐρεχθεῖ τῆς πόλεως, φάσκων Ποσειδῶ πρότερον Ἀθηνᾶς καταλαβεῖν αὐτήν. Cf. Hyg. „In eo tempore Eumolpus, Neptuni filius, Athenas venit oppugnaturus, quod patris sui terram Atticam fuisse diceret...." Atthidographum produnt medio quarto saeculo superiorem. In Thesei laborum narratione nimis neglegenter se gessit: verbis parcit ordinemque laborum mutat. Cf. Plut. Thes. 8—12. De fabula XLV quid iudicandum sit nescio.

Cap. IV.

De Pausaniae Atticis.

Iam vero de Pausania agendum est, quem in primo *περιηγήσεως* libro aliisque passim occasione data lubentissime fabulas Atticas descriptioni inseruisse notum est. Quas unde arripuerit, si quaeras, proficiscendum esse puto a Paus. I, 39, ubi Alopae Cercyonis filiae tumuli mentione facta pauca, ut par est, de morte a patre ei illata addit. De Cercyone quidquid ei in promptu est, proferre properat: *εἶναι δὲ ὁ Κερκύων λέγεται καὶ τἆλλα ἄδικος ἐς τοὺς ξένους καὶ παλαίειν οὐ βουλομένους· καὶ ὁ τόπος οὗτος παλαίστρα καὶ ἐς ἐμὲ ἐκαλεῖτο Κερκύονος, ὀλίγον τοῦ τάφου τῆς Ἀλόπης ἀπέχων. λέγεται δὲ ὁ Κερκυὼν τοὺς καταστάντας ἐς πάλην διαφθεῖραι πλὴν Θησέως. Θησεὺς δὲ κατεπάλαισεν αὐτὸν σοφίᾳ τὸ πλέον· παλαιστικὴν γὰρ τέχνην εὗρε Θησεὺς πρῶτος καὶ πάλης κατέστη ὕστερον ἀπ' ἐκείνου διδασκαλία· πρότερον δὲ ἐχρῶντο μεγέθει μόνον καὶ ῥώμῃ πρὸς τὰς πάλας.* Miro felicique casu factum est, ut alia eiusdem fabulae narratio exstet, in qua idem narratur eisdem fere verbis. Ex re erit, locum illum schol. Luc. Iupp. trag. § 21 [82a])

82a) Eadem fabula in brevius contracta, sed verbis

totum adscribere: Ὁ Αἰγεὺς Ἀθηναῖος ὢν ἐν Τροιζῆνι πόλει τῆς Πελοποννήσου συνεκαθεύδησεν Αἴθρᾳ τῇ θυγατρὶ τοῦ Πιτθέως. ἡ δὲ Αἴθρα ἐγέννησε τὸν Θησέα. ὁ τοίνυν Θησεὺς εἰς τὰς Ἀθήνας πρὸς τὸν πατέρα ἐρχόμενος πολλοὺς λῃστὰς εὑρὼν πάντας ἀπέκτεινεν ἐν τῇ ὁδῷ πορευόμενος. Λῃσταὶ ἦσαν οὗτοι κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ Τροιζῆνος εἰς τὰς Ἀθήνας ἄγουσαν, καὶ ὁ μὲν Σκίρων λῃστὴς ὢν ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας πλύνειν τοὺς πόδας ἐπὶ ⟨πέτρας ὑπεράνω⟩ τῆς θαλάσσης καθημένος. καὶ λακτίζων εἰς θάλατταν ἔῤῥιπτεν καὶ ἡ χελώνη δεχομένη κατήσθιε. Πιτυοκάμπτης δὲ καὶ οὗτο λῃστὴς ὢν ἔκαμπτε πίτυν καὶ ἠνάγκαζε τοὺς παριόντα κρατεῖν, οἱ δὲ μετεωριζόμενοι ἀπώλλυντο. Ὁ δὲ Κερκύων καὶ οὗτος ἄδικος ἦν τἄλλα εἰς τοὺς ξένους κα παλαίειν ἠνάγκαζε καὶ τὸν οὐ βουλόμενον διέφθειρε. κα ὁ τόπος παλαίστρα ἐκαλεῖτο, ἐν ᾧ ᾤκει, πλησίον Ἐλευ θερῶν. διέφθειρε δὲ πάντας τοὺς καταστάντας αὐτῷ ε πάλην πλὴν Θησέως, Θησεὺς δὲ κατεπάλαισεν αὐτ σοφίᾳ ⟨τὸ⟩ πλέον. παλαιστικὴν γὰρ εὗρε Θησεὺς[83]) κα μεγέθει πρότερον ⟨cod. πρῶτον⟩ καὶ ῥώμῃ χρωμέν ⟨cod. χρώμενος⟩ εἰς τὰς παλαίστρας. Qui indolem hui scholii reputaverit comparaveritque cum compendioru fabularium narrationibus, is dubitare nequit, quin h Luciani scholion ex enchiridio fabulari desumptum s Cf. Apoll. III, 16, 1 sq. Quae cum ita sint, vide qua intimae cognationes inter narrationes Pausaniae Lucia que scholiastae exstent: nam non solum in re ip

---

congruentibus legitur in Cram. Anecd. Graec. Oxon. V III p. 412 in excerptis variis περὶ θηριωδῶν ἀνθρώπ Ὁ Κερκύων ἄδικος ὢν πάντα τὸν μὴ βουλόμενον παλα αὐτῷ καὶ νικᾶν ἀπέκτεινεν· διὸ καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ᾤκει, λαιστήριον ἐκαλεῖτο· ἀπεκτάνθη δὲ ὑπὸ Θησέως καταπα σθεὶς σοφίᾳ.

83) Haec verba Kaibelius correxit: cod. παλαιστι γὰρ εὑρέθη Θησεύς, apparet dittographia.

sed etiam in singulis enuntiatis accurate congruunt. Itaque primo quidem obtutu ipsum Pausaniam scholiastae in manu fuisse conicias. Sed si scholion accuratius perscrutatus eris, hanc sententiam abiciendam esse prorsus mecum censebis. Quid? fabulae illae de Scirone, Pityocampta et Cercyone nonne ita inter se cohaerent, ut ab uno eodemque profectas eas esse auctore censendum sit, praesertim cum ex facinoribus a Theseo in itinere perpetratis ea tantum eligantur, quae ad Luciani verba pertineant? Dein verine est simile Cercyonis fabulam ex Pausania prolatam esse, ceteras vero ex compendio quodam fabulari? Fabulae enim de Scirone et de Cercyon sic narrantur, ut ex Pausania eas fluxisse nunquam excogitari possit: nam ille eas brevissime attingit ⟨cf. I, 44, 12. II, 1, 4⟩ illamque de Pityocampta alio modo enarrat. Denique nota de regione, in qua Cercyon habitabat, maximam esse inter utrumque scriptorem dissensionem, cum alter consentiens cum fabula vulgari ⟨cf. Diod. IV, 59. Plut. Thes. 11. schol. Plat. in leg. p. 796 A⟩ certamen ad Eleusina collocaret, alter vero *πλησίον Ἐλευθερῶν*. Etenim qui fieri potuit, ut scholiasta, si ille Pausaniae locus ei ante oculos versabatur, regionem mutaret? Intellegerem compilatorem, si regionis mentionem omnino omisisset: at sicut nunc res se habet, illane verborum similitudine in tanta rei discrepantia alterum ex altero hausisse demonstratur? Minime, immo consensus ille, qui inter utrumque scriptorem intercedit, nos ad sententiam perducit, ut utramque narrationem ex eodem compendio fluxisse statuamus. At refragatur sententiae nostrae cum regionis tum narrationum de Pityocampta et Scirone diversitas. Utrumque apud Pausaniam explicari potest: illa regionis mutatio necessaria erat, quod fabulam de Cercyone cum Alopes tumulo prope Eleusina sito coniunxit, nisi scholiasta in regionis nomine erravit; fabulas

vero de Scirone et Pityocampta non ex eodem fonte hausit atque Luciani scholiasta.

Quicumque a Pausania librum semel adhibitum saepius exscriptum esse sibi persuasit, is sponte alia illius enchiridii vestigia apud eum deprehendi posse coniciat. In hac quaestione solvenda alia subsidia circumspicienti mihi nihil antiquius habendum esse intellexi quam ut comparatis Pausaniae fabulis cum duobu enchiridiis mythologicis, quae nobis exstant, Apollodoı dico bibliothecam et Hygini fabulas, certa compend vestigia elicerem. nam duos illos libros simili modo i fabulis Atticis congerendis versantes Pausaniae in mar fuisse credi nequit. Occurrunt sane apud Pausania narrationes, quae ita comparatae sunt, ut cum Apollodo conspirent veluti fabula de Daedali facinore ac fu ⟨cf. Paus. I, 21, 6 cum Apoll. III, 15, 9⟩ aut de Hali rhothii iniuria Alcippae, Martis filiae, vim inferen eiusque sorte ⟨cf. Paus. I, 21, 7. I, 28, 5 et Apoll. I 14, 2. Plat. schol. p. 264⟩ aut de Pandionis filiar sorte ⟨cf. Paus. I, 5, 4 coll. cum I, 4, 8 et Apoll. I 14, 7⟩. At consensum in his fabulis non ita prema quippe quas cuique notas esse posse contendas, quod Paus. I, 18, 2 de Cecropis filiarum sorte na coll. cum Apoll. III, 14, 6 momenti mihi esse vide ad sententiam meam comprobandam.

Apoll.	Paus.
Τοῦτον ⟨sc. *τὸν Ἐριχθόνιον*⟩ *Ἀθηνᾶ κρύφα τῶν ἄλλων θεῶν ἔτρεφεν, ἀθάνατον θέλουσα ποιῆσαι· καὶ καταθεῖσα αὐτὸν εἰς κίστην Πανδρόσῳ τῇ Κέκροπος παρακατέθετο, ἀπειποῦσα τὴν κίστην ἀνοίγειν. αἱ δὲ ἀδελφαὶ τῆς Πανδρόσου ἠνοί-*	*Ἀγλαύρῳ δὲ καὶ ταῖς δελφαῖς Ἕρσῃ καὶ Παν σῳ δοῦναί φασιν Ἀθ Ἐριχθόνιον, καταθεῖσα κιβωτόν, ἀπειποῦσαν ἐ παρακαταθήκην μὴ π πραγμονεῖν. Πάνδροσο δὴ λέγουσι πείθεσθαι δὲ δύο - ἀνοῖξαι γὰρ*

γουσαν ὑπὸ περιεργίας καὶ θεῶνται τῷ βρέφει παρεσπειραμένον δράκοντα· καὶ ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, ὑπ' αὐτοῦ διεφθάρησαν τοῦ δράκοντος, ὡς δὲ ἔνιοι, δι' ὀργὴν Ἀθηνᾶς ἐμμανεῖς γενόμεναι κατὰ τῆς ἀκροπόλεως αὑτὰς ἔρριψαν.

τὴν κιβωτόν — μαίνεσθαί τε ὡς εἶδον τὸν Ἐριχθόνιον καὶ κατὰ τῆς ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν μάλιστα απότομον, αὑτὰς ῥῖψαι.

Mirabere, quod has duas narrationes vinculo quodam coniunctas esse contendi: at tamen rem se ita habere mihi brevi concedes. Ea fabulae forma iam Euripidi nota est, qua tres Cecropis filias, cum cistam a Minerva acceptam aperuissent, furiis agitatas se de arce praecipitavisse narratur. Cf. Eurip. Ion v. 21:

Κείνῳ (Ἐριχθονίῳ) γὰρ ἡ Διὸς κόρη
φρουρῶ παραζεύξασα φύλακε σώματος
δισσὼ δράκοντε παρθένοις Ἀγραυλίσι
δίδωσι σῴζειν·

v. 277. ἐκ γῆς πατρός σου πρόγονος ἔβλαστεν πατήρ;
Ἐριχθόνιός γε.
ἦ καὶ σφ' Ἀθάνα γῆθεν ἐξανείλετο;
εἰς παρθένους γε χεῖρας οὐ τεκοῦσά νιν.
δίδωσι δ' ὥσπερ ἐν γραφῇ νομίζεται;
Κέκροπός γε σῴζειν παισὶν οὐχ ὁρώμενον.
ἤκουσα λῦσαι παρθένους τεῦχος θεᾶς,
τοιγὰρ θανοῦσαι σκόπελον ᾕμαξαν πέτρας.

Praeterea cf. Hyg. fab. 166. Astron. II, 13. Itaque illa fabulae forma, qua omnes tres sorores dicto non audientes insania a Minerva iniecta se de arce praecipitasse narratur, notissima erat. Recedunt ab hac forma Apollodorus et Pausanias: uterque Pandrosum paruisse Minervae tradit[83a]). Cuius rei causa apud

83a) Haec fabulae conformatio iam quinto saeculo

Apollodorum haec legitur, quod Minerva non omnibus tribus sororibus, sed Pandroso soli cistam tradiderit eique soli interdixerit, ne cistam aperiret. Quod si cogitas, Pausaniae enarrationem ex duabus fabularum formis consutam esse apparet: coniciam igitur meo iure in communi fonte Euripideam conformationem de tribus sororibus a Minerva cistam accipientibus cum altera fabulae forma Apollodorea coniunctam fuisse. Itaque cum tota narrationis indoles apud utrumque eadem sit, pro certo habeo Pausaniae fabulam ex compendio fluxisse, cuius fons idem fuisse videtur atque compendii, ex quo Apollodorus sua hausit.

Deinde fabula de Vulcano a Libero in caelum reducto ⟨Paus. I, 20, 2⟩ satis accurate cum Hyg. fab. 166 congruit[83b]). Regum Atticorum stemma ⟨Paus. I, 2, 5⟩ conferas velim cum Apoll. III, 14, 2: indoles plane eadem est, etsi compluries discrepant. Denique quae de Cephalo a Pausania ⟨I, 37, 4⟩ narrantur: *Κέφαλον γὰρ τὸν Δηΐονος συνεξελθόντα λέγουσιν Ἀμφιτρύωνι ἐπὶ Τηλεβόας τὴν νῆσον οἰκῆσαι πρῶτον, ἣ νῦν ἀπ᾽ ἐκείνου Κεφαλληνία καλεῖται· μετοικεῖν δὲ αὐτὸν τέως ἐν Θήβαις φεύγοντα ἐξ Ἀθηνῶν διὰ τὸν Πρόκριδος τῆς γυναικὸς φόνον* ita in schol. Hom. Il. *β*, 631: *Κέφαλος γὰρ Δηϊόνος, φεύγων ἐξ Ἀθηνῶν* ⟨sic⟩ *διὰ τὸν* ⟨*Πρόκριδος*⟩ *τῆς γυναικὸς ἀκούσιον φόνον, ᾤκει ἐν Θήβαις· συστρατεύσας δὲ Ἀμφιτρύωνι καὶ ταύτην* ⟨sc. *νῆσον*⟩ *γέρας λαβὼν οὕτως ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ὠνόμασεν* redeunt, ut ex eodem compendio utrumque fluxisse contendere ausim.

Ex nonnullis igitur certis exemplis compendium fabulare a Pausania compilatum esse cognitum est. Sed multae praeterea in primo aliisque libris fabulae enarrantur Atticae, quas utrum ex eodem compendio hauserit an

---

nota est: apparet ex Brygi vasculo ficto, de quo cf. Rob. bild und lied p. 88.

83b) De hac fabula cf. Preller gr. Myth. I p. 143 sq.

ex altero fonte dubitari potest. Quae priusquam accuratius persequar, fabulas illas a Pausania non ex populari fama exceptas, sed ex libro quodam transcriptas esse demonstrare mihi liceat.

In fabula de sepultura imperatorum ad Thebas occisorum Creontem cadavera eorum sua sponte Theseo tradidisse a Thebanis se audivisse Pausanias (I, 39, 2) dicit. At narrationem illam scriptores locupletissimi testantur velut Aeschylus in Eleusiniis alii. (cf. Plut. Thes. c. XXIX et quae supra disputavi p. 24). Erunt procul dubio, qui apud Thebanos Pausaniae aetate fabulam illam divulgatam fuisse contendant. Atqui alia eiusdem fabulae narratio a Pausania profertur, ut ex Plut. Thes. c. XXIX colligi licet, Euripidea. Cur hanc fabulam adiecit Pausanias, cum praesertim a plerisque auctoribus impugnata sit? Causa ex eodem Plutarcho apparet, qui c. XXIX extr. easdem fabulae narrationes auctoribus additis inter se opposuit. Id non casu factum esse, immo harum fabularum coniunctionem ad eundem fontem redire iam supra monui. Ergo alteram, quam profert Pausanias, fabulam non recte Thebanis imputatam esse, sed ex eodem fonte fluxisse, ex quo fabula Plutarchea desumpta sit, summo iure colligo. Alterum eiusdem consuetudinis exemplum, qua Herodotum imitatur, exstat I, 2, 1: *Ταύτην τὴν Ἀντιόπην Πίνδαρος μέν φησιν ὑπὸ Πειρίθου καὶ Θησέως ἁρπασθῆναι, Τροιζηνίῳ δὲ Ἡγίᾳ τοιάδε ἐς αὐτὴν πεποίηται ... Ἀθηναῖοι δέ φασιν, ἐπεί τε ἦλθον Ἀμαζόνες, Ἀντιόπην μὲν ὑπὸ Μολπαδίας τοξευθῆναι, Μολπαδίαν δὲ ἀποθανεῖν ὑπὸ Θησέως καὶ μνῆμά ἐστι καὶ Μολπαδίας Ἀθηναίοις.* Eadem fabula redit apud Plut. Thes. c. 27: *Ἔνιοι δέ φασι μετὰ τοῦ Θησέως μαχομένην πεσεῖν τὴν ἄνθρωπον ὑπὸ Μολπαδίας ἀκοντισθεῖσαν καὶ τὴν στήλην τὴν παρὰ τὸ τῆς Ὀλυμπίας ἱερὸν ἐπὶ ταύτῃ κεῖσθαι*

ex scriptore quodam nimirum desumpta[84]). Iterum igitur sub populi nomine scriptorem latere putandum est. Tertium addam exemplum luculentum. Pausanias postquam (I, 22, 2) Hippolyti monumenti mentionem iniecit Athenis exstructi, duplicem fabulam narrat de Hippolyti sorte, quarum primam de Phaedrae amore et nutricis obsequio, deinde de morte Hippolyti diris confixa omnibus notam esse dicit: est Euripidis fabula praeclarissima. Alteram Troezeniorum fabulam ipse distingui iubet: *ἔστι δὲ καὶ Τροιζηνίοις Ἱππολύτου τάφος· ἔχει δέ σφισιν ὧδε ὁ λόγος. Θησεὺς ὡς ἔμελλεν ἄξεσθαι Φαίδραν οὐκ ἐθέλων, εἴ οἱ γένοιντο παῖδες, οὔτε ἄρχεσθαι τὸν Ἱππόλυτον οὔτε βασιλεύειν ἀντ' αὐτῶν, πέμπει παρὰ Πιτθέα τραφησόμενον αὐτὸν καὶ βασιλεύσοντα Τροιζῆνος. χρόνῳ δὲ ὕστερον Πάλλας καὶ οἱ παῖδες ἐπανέστησαν Θησεῖ· τούτους κτείνας ἐς Τροιζῆνα ἔρχεται καθαρσίων ἕνεκα καὶ Φαίδρα πρώτη ἐν ταῦθα εἶδεν Ἱππόλυτον καὶ τὰ ἐς τὸν θάνατον ἐρασθεῖσα ἐβούλευσε κτέ.* Si igitur Pausaniae fides habenda es Hippolyti tumulum apud Troezenios fuisse, a Troezeni ipsis audivit. Itane vero? Troezenii ipsi tumulum Hi polyti norunt? At lege quod idem Pausanias II, 32, disertis verbis testatur: *Τροιζηνίοις δὲ ἱερεὺς μέν ἐσ*

84) Haud scio an ad fontem huius fabula eruend Diod. IV, 28 magni momenti sit, qui eandem fabulam verbis significat: *συνέβη δὲ καὶ τὴν Ἀντιόπην συναγωνι μένην τῷ ἀνδρὶ Θησεῖ καὶ κατὰ τὴν μάχην ἀριστεύου ἡρωικῶς καταστρέψαι τὸν βίον.* Narratio de expediti Amazonum contra Athenas Hellanicum redolet, siquic ei debentur, quae de itinere leguntur: *συστρατευσάντω τῶν Σκυθῶν ταῖς Ἀμαζόσι συνέβη δύναμιν ἀξιόλογον ἀθ σθῆναι, μεθ' ἧς αἱ προηγούμεναι τῶν Ἀμαζονίδων περ θεῖσαι τὸν Κιμμέριον Βόσπορον προῆγον διὰ τῆς Θρ* coll. cum Plut. Thes. XXVII et Tzetz. ad Lyc. 1 Hoc Amazonum bellum Athenas invadentium, Ant contra sorores ad Thesei latus pugnante argumentum Hegesinoi Atthidis. Cf. Welker Cycl. Ep. I, 300.

Ἱππολύτου τὸν χρόνον τοῦ βίου πάντα ἱερώμενος καὶ θυσίαι καθεστήκασιν ἐπέτειοι, δρῶσι δὲ καὶ ἄλλο τοιόνδε . . . ἀποθανεῖν δὲ αὐτὸν οὐκ ἐθέλουσι συρέντα ὑπὸ τῶν ἵππων οὐδὲ τὸν τάφον ἀποφαίνουσιν εἰδότες· τὸν δὲ ἐν οὐρανῷ καλούμενον ἡνίοχον, τοῦτον εἶναι νομίζουσιν ἐκεῖνον Ἱππόλυτον, τιμὴν παρὰ θεῶν ταύτην ἔχοντα. Vides id quod in primo libro de tumulo Hippolyti et de fabula ad hunc tumulum pertinenti ex ore Troezeniorum Pausanias narraverat, in altero disertis verbis eis abrogari. Haec tanta intra paucas pagellas discrepantia nullo alio modo tolli potest, nisi ut falso Troezeniis illam narrationem a Plutarcho attributam esse statuamus. Itaque ex libro narrationem illam depromptam esse censendus est: congruit cum Asclepiadis Tragiliensis fabula (cf. schol. ad Od. λ, 321), modo non satis accurate, ut fieri solet, fontem exscripsisse Pausaniam mihi concedatur[85]).

85) Asclepiadis fabula haec est: 'Hippolytus a Theseo ad Pittheum mittitur, Phaedra vero amore iuvenis inflammata cum Troezena venisset cum Theseo ad facinus expiandum, iuvenem frustra temptatum stupri incusat apud coniugem, Hippolytus tauro interficitur. Dein insidiis detectis Phaedra sibi ipsa manum infert.' Recedit igitur Asclepiadis narratio ab Euripide in accusatione Thesei a Phaedra ipsa instituta, deinde in morte Phaedrae enarranda, ita ut Roberti sententia (cf. Robert de Apoll. bibl. p. 74 et Wilam. An. Eurip. p. 181 adn. 3) ab Asclepiade minime fabularum argumenta prolata esse arbitrati confirmatur. Conspirat Asclepiades in morte Hippolyti diris patris confixa enarranda cum Euripide

Schol. Od. λ, 321.	Eurip. Hipp. 887 sq.
Ὁ δὲ τριῶν, ὥς φασιν, αὐτῷ παρὰ τοῦ Ποσειδῶνος εὐχῶν οὐσῶν ὁμολογήσαντος ὅτι ἂν εὔξηται συντελέσειν, πιστεύσας τῇ Φαίδρᾳ μίαν τούτων ᾐτήσατο παρ' αὐτοῦ τὸν τοῦ	Ἀλλ' ὦ πάτερ Πόσειδον, ἅς ἐμοί ποτε ἀρὰς ὑπέσχου τρεῖς, μιᾷ κατέργασαι τούτων ἐμὸν παῖδ', ἡμέραν δὲ μὴ φύγοι

Maximi vero momenti ad Pausaniam recte iudicandum Dianae Colaenidis Amarysiaeque veriloquium mihi esse

παιδὸς ὄλεθρον. ἐκεῖνον μὲν οὖν λέγουσι τὸ ἅρμα γυμνάζοντα, παραφανέντος ἐξαίφνης ἀπὸ τῆς θαλάσσης ταύρου καὶ ταραχθέντων τῶν ἵππων ἑλκόμενον ἀποθανεῖν κτἑ.

τὴν δ' εἴπερ ἡμῖν ὤπασας σαφεῖς ἀράς.

v. 1214:

αὐτῷ δὲ σὺν κλύδωνι καὶ τρικυμίᾳ

κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον, ἄγριον τέρας.

v. 1236:

αὐτὸς δ' ὁ τλήμων, ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς

δεσμὸν δυς εξήνυστον ἕλκεται δεθεὶς

σποδούμενος μὲν πρὸς πέτραις φίλον κάρα

θραύων δὲ σάρκας, δεινὰ δ' ἐξαυδῶν κλύειν κτἑ.

Euripidis Hippolyti argumentum exstat, ut iam supra monui, apud Hyginum (fab. XLVII). Diodorus fabulam sic enarrat, ut nonnulla fere ad verbum cum Euripidis Hippolyti prologo congruant.

Diod. IV, 62.

Δευκαλίων . . . συνῴκισε τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν Φαίδραν Θησεῖ. ὃς μετὰ τὸν γάμον Ἱππόλυτον μὲν τὸν ἐκ τῆς Ἀμαζονίδος γενόμενον υἱὸν ἔπεμψε εἰς Τροιζῆνα τρέφεσθαι παρὰ τοῖς Αἴθρας ἀδελφοῖς . . . . μικρὸν δ' ὕστερον Ἱππολύτου ἐπανελθόντος εἰς τὰς Ἀθάνας πρὸς τὰ μυστήρια, Φαίδρα διὰ τὸ κάλλος ἐρασθεῖσα αὐτοῦ τότε μὲν ἀπελθόντος εἰς Τροιζῆνα ἱδρύσατο ἱερὸν Ἀφροδίτης παρὰ τὴν ἀκρόπολιν, ὅθεν ἦν καθορᾶν τὴν Τροιζῆνα, ὕστερον δὲ παρὰ τῷ Πιτθεῖ μετὰ Θησέως καταλύσασα

Eurip. Hipp.

v. 10:

Ὁ γάρ με Θησέως παῖς, Ἀμαζόνος τόκος,

Ἱππόλυτος, ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα.

v. 24:

ἐλθόντα γάρ νιν Πιτθέως ποτ' ἐκ δόμων

σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων.

Πανδίονος γῆν πατρὸς εὐγενὴς δάμαρ

ἰδοῦσα Φαίδρα καρδίαν κατείχετο

ἔρωτι δεινῷ τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασι.

καὶ πρὶν μὲν ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζηνίαν

videtur ⟨I, 31, 3⟩: *Ἀθμονεῖς δὲ τιμῶσιν Ἀμαρυσίαν Ἄρτεμιν. πυνθανόμενος δὲ σαφὲς οὐδὲν ἐς αὐτὰς ἐπισταμένους τοὺς ἐξηγητὰς εὗρον, αὐτὸς δὲ συμβάλλομαι τῇδε. ἔστιν Ἀμάρυνθος ἐν Εὐβοίᾳ· καὶ γὰρ οἱ ταύτῃ τιμῶσιν Ἀμαρυσίαν. ἑορτὴν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τῆς Ἀμαρυσίας ἄγουσιν οὐδέν τι Εὐβοέων ἀφανέστερον. ταύτῃ μὲν γενέσθαι τὸ ὄνομα ἐπὶ τούτῳ παρὰ Ἀθμονεῦσιν ἡγοῦμαι, τὴν δὲ ἐν Μυῤῥινοῦντι Κολαινίδα ἀπὸ Κολαινοῦ καλεῖσθαι ... ἔστι δὲ ὁ Κολαινὸς ἀνδρὸς ὄνομα πρότερον ἢ Κέκροψ ἐβασίλευσεν, ὡς οἱ Μυῤῥινούσιοι λέγουσιν, ἄρξαντος.* Quid igitur cognomina illa Dianae sibi vellent, ne ab exegetis quidem comperire se potuisse Pausanias refert: itaque ipse haud absurde nomen Amarysiae ex Euboeae oppido Amaryntho, Colaenidis vero ex Colaeno rege Atticae vetustissimo manasse coniecit. Non deerunt, qui Pausaniae sedulitatem doctrinamque, exegetarum vero auctoritatem extollant: ei nimirum, a

---

ἠξίου τὸν Ἱππόλυτον μιγῆναι αὐτῇ.

Πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος κατόψιον
γῆς τῆςδε ναὸν Κύπριδος ἐγκαθείσατο
ἐρῶσ' ἔρωτ' ἔκδηλον . . . . .
v. 34:
ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα
μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν
καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα
ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγήν . . .

Postea sacrum Veneris a Phaedra Troezenis institutum esse narratur. Cf. schol. Lyc. 449. 610. In narratione de morte Hippolyti Diodorus discrepat ab Euripide et Asclepiade: pragmaticam indolem prae se fert. Fabula Plat. schol. in leg. p. 931 b in brevius contracta ad Asclepiadem redire videtur: desumpta est ex compendio fabulari.

quibus Pausanias opus suum legi voluit, cum haec verba conscripsit. Cautis vero coniectura illa scrupulum movebit: an putamus scriptorem alterius p. Ch. n. saeculi, qui omni doctrina ita careat, ut ne Thucydidis quidem locum simplicissimum recte intellegere potuerit[86]), casu quodam in eandem nominis Colaenidis incidisse explicationem, quae ab Atthidographo quodam optimae studiorum aetatis elucubrata est? Etenim in scholio a Arist. Av. v. 873 ab Hellanico et Phanodemo illud nome eodem modo explicatum esse legimus: *Φησὶ δὲ Ἑλλά νικος Κόλαινον Ἑρμοῦ ἀπόγονον ἐκ μαντείου ἱερὸν ἱδρ σασθαι Κολαινίδος Ἀρτέμιδος, καὶ Φανόδημος ἐν 1 δ' .... οἱ γὰρ Μυῤῥινούσιοι Κολαινίδα ἐπονομάζου τὴν Ἄρτεμιν, ὥσπερ Πειραιεῖς τὴν Μουνιχίαν, Φιλαΐδ δὲ τὴν Βραυρωνίαν.* Apparet, opinor, illud Amarysi veriloquium, quod Pausanias sibi vindicare studet, Atthide fluxisse et verbis illis, quibus illa explica incipit: *αὐτὸς δὲ συμβάλλομαι τῇδε* mendacium ines Sub exegetis vero, quos Pausanias commemorat, scr torem latere exegeticum Otto Jahnius Herm. Vol. p. 192 de cista Cypselica demonstravit. De hoc l idem contendi potest, cum praesertim verba *αὐτὸς συμβάλλομαι τῇδε* non personam, sed scriptoris libell significare demonstratum sit. Res igitur ita sese hab videtur: in periegesi Pausanias nullam nominum A rysiae et Colaenidis invenit explicationem, itaque h lacunam ex Atthide, quae de his nominibus cert proferebat, supplet. Huic explicationi adminiculum alio loco peti potest, ex quo Wilamowitzius (phil Un I p. 67) Androtionem fontem elicuit.

Quod si recte proposui, non est cur dubitemus quae antecedit Amarysiae nominis explicationem, qu

86) Cf. E. Curtius Pelop. II, 93. **Wilam.**] XII p. 345 sq.

quae similem redoleat eruditionem, Atthidographo cuidam attribuere. Eiusdem Phanodemi memoriam in fabula Attica de raptu Proserpinae ⟨Paus. I, 38, 5⟩ a Pausania servatam esse, e schol. ad Hes. Theog. 913 elucere mihi videtur: *Ἡρπάσθαι δὲ αὐτήν φασιν οἱ μὲν ἐκ Σικελίας, Βακχυλίδης δὲ ἐκ Κρήτης, Ὀρφεὺς ἐκ τῶν περὶ τὸν ὠκεανὸν τόπων, Φανόδημος δὲ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, Δημάδης δὲ ἐν νάπαις*[87]). Deinde quae Pausanias ⟨I, 24, 4⟩ de cultu Iovis, qui Polieus nominatur, id est de Dipoliis profert, conferenda sunt cum schol. Arist. Nub. v. 985: *Τὰ δὲ Βουφόνια παλαιὰ ἑορτή, ἥν φασιν ἄγεσθαι μετὰ τὰ μυστήρια, ὅτε καὶ βοῦν θύουσιν εἰς ὑπόμνησιν τοῦ πρώτου φονευθέντος βοὸς ἐν ἀκροπόλει ἁψαμένου τοῦ πελάνου ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν Διιπολίων. Ἄλλως. ἑορτὴ Ἀθηναίων πάνυ ἀρχαία. ἐν γὰρ τοῖς Διιπολίοις φασὶ βοῦν τὸ πόπανον καταφαγεῖν τὸ παρεσκευασμένον εἰς τὴν θυσίαν καὶ τούτου χάριν βοῦν θύουσιν ἐν τοῖς Διιπολίοις διὰ τὸν βοῦν τὸν φαγόντα τὸ πόπανον καὶ τυθέντα. [Θαύλωνα δέ τινα, ὡς εἶχε, τῷ πελέκει ἀποκτεῖναι τὸν βοῦν, καθὰ καὶ Ἀνδροτίων μέμνηται διὰ τῆς τετάρτης*[88]). Vides Androtionem accuratius de hoc festo egisse et ita quidem, ut a Pausania minime discrepet.

---

87) Verba *Δημάδης δὲ ἐν νάπαις* corrupta esse videntur: Muellerus frg. h. g. IV p. 377, 378 coniecturas profert, quarum nulla mihi placet. Pausanias iuxta Cephisum flumen fuisse locum narrat, ubi Pluto Proserpinam rapuerit. Aliter schol. Soph. Oed. Col. v. 1590, qui illum locum limen aeneum fuisse memoriae tradidit: *Ὃν ἐν ἀρχῇ* ⟨v. 57⟩ *εἶπεν χαλκόπουν ὁδόν, τοῦτον νῦν ὑποτίθεται ἐκτὸς τῆς σκηνῆς καὶ οὐκ ἔτι ἐν ὄψει τοῦ θεάτρου· καὶ νῦν καταῤῥάκτην προςηγόρευσεν διὰ τὸ νομίζειν ἐκεῖνον τὸν τόπον κατάβασιν ἔχειν εἰς Ἅιδου· καὶ εἰσίν, οἳ δι' αὐτῆς τὴν ἁρπαγὴν φασὶ τῆς Κόρης γενέσθαι.* cf. v. 1593.

88) Cf. Schol. Ven. Arist. pac. 419. Etym. M. *βουφόνια.* Hes. s. *διιπόλεια.* De causa huius ritus, quam hoc loco silentio praeteriit, agit Paus. I, 28, 10 accuratius.

Quid igitur? habes Androtionis frustulum in hac narratione.

Ad eundem Androtionem referendam esse quae I, 38, 3 in Cerycis stirpe adnotatur discrepantia: *τελευτήσαντος δὲ Εὐμόλπου Κῆρυξ νεώτερος λείπεται τῶν παίδων, ὃν αὐτοὶ Κήρυκες θυγατρὸς Κέκροπος Ἀγλαύρου καὶ Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι λέγουσιν, ἀλλ᾽ οὐκ Εὐμόλπου* lexicon Rhet. Cantab. ⟨ed. Nauck⟩ s. v. *Κήρυκες* documento est: *Ἀνδροτίων ἐν πρώτῃ Ἀτθίδος Κέκροπος γενέσθαι τρεῖς θυγατέρας Ἄγραυλον, Ἕρσην καὶ Πάνδροσον. ἀφ᾽ ἧς ἐγένετο Κῆρυξ Ἑρμῇ συγγενομένης* [89]). Alterius Pausaniae sententiae, quae impugnatur, Andronem fontem esse cognoscitur ex schol. Oed. Col. v. 1051.

Iam vero inspicias quaeso fabulam de Aegei morte ⟨I, 22, 5⟩: *Ἐντεῦθεν ἡ θάλασσά ἐστι σύνοπτος, καὶ ταύτῃ ῥίψας Αἰγεὺς ἑαυτόν, ὡς λέγουσιν, ἐτελεύτησεν. ἀνήγετο μὲν γὰρ ἡ ναῦς μέλασιν ἱστίοις ἡ τοὺς παῖδας φέρουσα ἐς Κρήτην· Θησεὺς δὲ — ἔπλει γὰρ τόλμης τι ἔχων ἐς τὸν Μίνω καλούμενον ταῦρον — πρὸς τὸν πατέρα προεῖπε χρῆσθαι τοῖς ἱστίοις λευκοῖς, ἢν ὀπίσω πλέῃ τοῦ ταύρου κρατήσας. τούτων λήθην ἔσχεν Ἀριάδνην ἀφῃρημένος. ἐνταῦθα Αἰγεὺς ὡς εἶδεν ἱστίοις μέλασι τὴν ναῦν κομιζομένην, οἷα τὸν παῖδα τεθνάναι δοκῶν, ἀφεὶς αὑτὸν διαφθείρεται· καὶ οἱ παρὰ Ἀθηναίοις ἐστὶ*

---

89) Per errorem Pausanias Aglaurum pro Pandroso posuit. Aglaurus Martis coniux cum eo Alcippen genuit ⟨Apoll. III, 14, 2, 1 coll. c. Paus. I, 21, 7⟩. Ex vulgari fama Mercurii et Pandrosi filius Ceryx fuisse videtur. Cf. schol. in Aesch. I, 20: *Κηρύκων ἐστὶν ἐν Ἀθήναις γένη τέσσαρα, πρῶτον τὸ τῶν πανάγνων, οἵ εἰσιν ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Πανδρόσου τῆς Κέκροπος, δεύτερον τὸ τῶν περὶ τοὺς ἀγῶνας, τρίτον τὸ τῶν περὶ τὰς πομπάς, τέταρτον τὸ τῶν περὶ τὰς ἀγορὰς καὶ τὰ ὤνια.* Harp. s. *Κήρυκες . . . γένος ἐστὶν ἐν Ἀθήναις οὕτως ὀνομαζόμενον, κέκληται δὲ ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ.* Hes. v. *Κήρυκες*. schol. Iliad. *α*, 334. Poll. VIII, 9.

καλούμενον ἡρῷον Αἰγέως. Vides fabulam eo consilio a Pausania additam esse, ut cur Aegeus se ex arce praecipitaverit explicetur. Fabula est notissima nullis imbuta rationibus pragmaticis: nec tamen consentiunt in ea Atthidographi, sed ei, qui satis religiose Theseum omni culpa liberare studebant, Aegeum in arcem properantem prolapsum decidisse fingebant, alii aliter[90]. Cf. Plut. *Θησέως καὶ Ῥωμύλου σύγκρισις* c. V: *Τὴν δὲ Θησέως λήθην καὶ ἀμέλειαν τῆς περὶ τὸ ἱστίον ἐντολῆς μόλις ἂν οἶμαι μακρᾷ τινι παραιτήσει καὶ ἐν ῥᾳθίμοις δικασταῖς αἰτίαν ἀποφυγεῖν πατροκτονίας· ὃ δὴ καὶ συνιδών τις Ἀττικὸς ἀνὴρ ὡς παγχάλεπόν ἐστι βουλομένοις ἀπολογεῖσθαι, πλάττει τὸν Αἰγέα τῆς νεὼς προσφερομένης ὑπὸ σπουδῆς ἀνατρέχοντα πρὸς τὴν ἀκρόπολιν θέας ἕνεκα καὶ σφαλλόμενον καταπεσεῖν, ὥσπερ ὀπαδῶν ἔρημον ἢ τὴν ἐπὶ θάλατταν ὁδὸν σπεύδοντι μὴ παρούσης τινὸς θεραπείας.* Apparet consilium: nec quemquam alium nisi Atthidographum in hanc incidere potuisse fabulam mihi concedes. Quid? fabulae originationem ad antiquos redire Atthidographos ecquis putabit? Mihi non videtur, immo auctor fabulae eiusdem videtur notae esse ac scriptores illi pragmatici Demo et Philochorus. Antiquiore tempore altera regnat fabula: at singula aliter ab aliis tradita erant. Contingit nobis, ut quid Hellanici sit quidve Pherecydis eruere liceat. A Plutarcho in Thes. c. 17 Hellanici sententia de tributo Minoi ab Atheniensibus quotannis pendendo servata est: eo discrepat a Pherecyde ⟨schol. Hom. Od. λ, 320⟩, quod non sorte ductos pueros in Cretam missos esse, sed Minoem ipsum Athenas profectum sibi praedam delegisse fingebat, dein quod praeceptum de velo addidit. Utrum-

90) Difficultas nimirum scriptoribus tollenda erat in eo posita, quod Aegeus se de arce in mare praecipitare nequit, nisi forte permagnum terrae spatium transilit.

que ita apud Diodorum IV, 61 redit, ut de fonte dubitari nequeat.

Plut.

Ἑλλάνικος δέ φησιν οὐ τοὺς λαχόντας ἀπὸ κλήρου καὶ τὰς λαχούσας ἐκπέμπειν τὴν πόλιν, αὐτὸν δὲ τὸν Μίνω παραγινόμενον ἐκλέγεσθαι καὶ τὸν Θησέα πάντων ἑλέσθαι πρῶτον ἐπὶ τοῖς ὁρισθεῖσιν .... Πρότερον μὲν οὖν οὐδεμία σωτηρίας ἐλπὶς ὑπέκειτο· διὸ καὶ μέλαν ἱστίον ἔχουσαν, ὡς ἐπὶ συμφορᾷ προδήλῳ, τὴν ναῦν ἔπεμπον· τότε δὲ τοῦ Θησέως τὸν πατέρα θαῤῥύνοντος καὶ μεγαληγοροῦντος, ὡς χειρώσεται τὸν Μινώταυρον, ἔδωκεν ἕτερον ἱστίον λευκὸν τῷ κυβερνήτῃ κελεύσας ὑποστρέφοντα σωζομένου τοῦ Θησέως ἐπάρασθαι τὸ λευκόν, εἰ δὲ μή, τῷ μέλανι πλεῖν καὶ ἀποσημαίνειν τὸ πάθος.

Diod.

Διελθόντων δὲ ἐτῶν ἐννέα πάλιν ὁ Μίνως ἦλθεν εἰς τὴν Ἀττικὴν μετὰ μεγάλου στόλου καὶ τοὺς δὶς ἑπτὰ κόρους ἀπαιτήσας ἔλαβε. μελλόντων δ' ἐκπλεῖν τῶν περὶ τὸν Θησέα ὁ Αἰγεὺς συνέθετο πρὸς τὸν κυβερνήτην καὶ προςέταξεν αὐτῷ, ἐὰν μὲν ὁ Θησεὺς νικήσῃ τὸν Μινώταυρον, καταπλεῖν αὐτοὺς λευκοῖς ἱστίοις, ἐὰν δὲ ἀπόληται, μέλασι, καθάπερ καὶ πρότερον εἰώθεσαν.

Postrema quidem de velo utrimque consentiunt, a priora discrepare videntur. Hellanicus Theseum primun omnium a Minoe abductum esse narrat, Diodorus i non prima, sed altera sive tertia puerorum puellarum que expeditione factum esse. Evanescit difficultas, s accuratius inspicias. Legitur posthac apud Hellanicum *πρότερον μὲν οὖν οὐδεμία σωτηρίας ἐλπὶς ὑπέκειτο· δι καὶ μέλαν ἱστίον ἔχουσαν . . . τὴν ναῦν ἔπεμπον· τό δὲ τοῦ Θησέως τὸν πατέρα θαῤῥύνοντος . . . . ἔδωκε*

ἕτερον ἱστίον λευκόν etc. (cf. Diodor.). Apparet ex Hellanici sententia iam semel sive bis Minoi tributum solutum esse, cum Theseus in Cretam adduceretur, itaque verba: *καὶ τὸν Θησέα πάντων ἑλέσθαι πρῶτον ἐπὶ τοῖς ὁρισθεῖσιν* ad primum tributum pertinere non possunt, sed ad tertium, siquidem recte, quod initio capitis legitur, ad Hellanici sententiam pertinere statuo.

Ex Diodori capite alia Hellanici frustula elici possunt. Quae narrantur de Ariadnes in Theseum amore, de Minotauro superato et de fuga Thesei, a plerisque eodem modo tradita esse Plut. Thes. c. 19 testatur. Quid igitur obstat, ne haec quoque, quae artissime cum antecedentibus cohaereant, ad eundem Hellanicum referamus? Dein sequitur fabula de raptu Ariadnae: in qua quantopere discrepent scriptores quisquis Plutarchum inspexit, bene scit. Alii alia narrant: veluti Pherecydes Theseum a Minerva iussum Ariadnen in Dia insula reliquisse fingebat, alia alii. Cf. Plut. Thes. c. 20. A Diodoro fabula sic narratur, ut Pherecydis frustum in ea latere nequeat: at si reputas, ea quae antecedunt de Thesei in Cretam expeditione ad Hellanicum redire, deinde in Thesei facinoribus exponendis fabulas antiquas Diodoro in deliciis fuisse, denique Pherecydem fontem huius narrationis esse non posse, putasne carere omni probabilitate, si ea quae sequuntur de Ariadnae raptu Aegeique morte eidem vindico Hellanico, quem antea deprehendi?

Si verum est, quod coniecimus Hellanici esse narrationem Diodoream de Aegei morte et huic vicinia, de Pausania I, 22, 5, qui hanc fabulam eodem modo profert, sed breviatam tamen, idem dictum est.

Aliud Hellanici frustulum invenitur apud Paus. I, 17, 3, ubi illud de Minoe Athenas veniente, ut sibi iuvenes puellasque deligeret, ad eum referendum est: *Μίνως ἡνίκα Θησέα καὶ τὸν ἄλλον στόλον τῶν παίδων ἦγεν ἐς*

Κρήτην, ἐρασθεὶς Περιβοίας κτἑ. coll. cum Hellanico: *Ἑλλάνικος δέ φησιν οἱ τοὺς λαχόντας ἀπὸ κλήρου καὶ τὰς λαχούσας ἐκπέμπειν τὴν πόλιν, αὐτὸν δὲ τὸν Μίνω παραγινόμενον ἐκλέγεσθαι κτἑ.* De hoc Pausaniae loco plura proferre licet. Coniunctum legitur Hellanici frustulum cum narratione de Periboea. Redit eadem fabula in Hyg. Astr. II, 5 ex Hegesianacte desumpta, si quidem verum Robertus adsecutus est in Eratost. Cat. reliq. p. 221. Contingit nobis, ut etiam ultra quartum saeculum fabulam persequi liceat. Scimus enim illam de Theseo et Minoe narratiunculam Athenis a Micone in Theseo illustratam fuisse[90a]). Inde a vetere quodam scriptore sive poeta eam litteris traditam esse suspicabimur. Id ab Euripide factum esse Robertus coniecit[91]). Itaque si quis fabulam illam iam ab eo scriptore, qui initio Pausaniae enarrationis latet, id est ab Hellanico, enarratam esse dicat nunquam obloquar. Iam vero ad certiora properem. Notum est Minervam *Σκιράδα* Athenienses Phaleris coluisse cuius cognomen diversa ratione a scriptoribus explicatur[91a]). Explicationes illae nobis a lexicographis servatae sunt; ac primum quidem Harpocratio haec tradit: . . . *Καὶ Ἀθηνᾶν δὲ Σκιράδα τιμῶσιν Ἀθηναῖοι, ἣν Φιλόχορος μὲν ἐν β' Ἀτθίδος ἀπὸ Σκίρου τινὸς Ἐλευσινίου μάντεως κεκλῆσθαι, Πραξίων δὲ ἐν β' Μεγαρικῶν ἀπὸ Σκίρωνος*[92]). Suppletur Har-

---

90a) Cf. Rob. Erat. Cat. reliq. p. 221 adn. 1.

91) Cf. Herm. Vol. XV p. 483 quaeque Wilamowitziu adnotavit.

91a) Cf. Robert. Herm. XX p. 350 sq.

92) Megarici scriptoris sententia supplere ausim e schol. ad Protr. Clem. Alex. p. 18, 12: *Σκιροφόρια ἑορτὴ ὄνομα ἐπιτελουμένης τῇ Ἀθηνᾷ διὰ Σκίρωνα τὸν λυμαινόμενον πᾶσι τοῖς παρ' αὐτὸν καταίρουσιν, ὠθοῦντα εἰς τὴν παρακειμένην θάλασσαν βορὰν τῇ καραδοκούσῃ χελώνῃ, ἀναιρεθέντα δὲ ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς.*

pocratio eis, quae Photius s. v. *Σκίρος* de Sciro Salaminio addit: *Οἱ δέ φασιν* (sc. *Φιλόχορος*) *ἀπὸ Σκίρου τοῦ Ἐλευσινίου μάντεως γενέσθαι τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, ἄλλοι δὲ ἀπὸ Σκίρου τοῦ συνοικίσαντος Σαλαμῖνα*[93]). Hinc colligo apud Harpocrationem olim tres exstitisse nominis *Σκιράδος* explicationis, primam Philochori alteram Praxionis, scriptoris Megarici, tertiam denique ignoti cuiusdam scriptoris. Quid quod prima harum explicationum a Sciro scilicet vate quodam Eleusinio Scirada Minervam nominatam esse apud Pausaniam legitur I, 36, 3: *Ἐλευσινίοις πολεμοῦσι πρὸς Ἐρεχθέα ἀνὴρ μάντις ἦλθεν ἐκ Δωδώνης ὄνομα Σκῖρος, ὃς καὶ τῆς Σκιράδος ἱδρύσατο Ἀθηνᾶς ἐπὶ Φαλήρῳ τὸ ἀρχαῖον ἱερόν· πεσόντα δὲ αὐτὸν ἐν τῇ μάχῃ θάπτουσιν Ἐλευσίνιοι πλησίον ποταμοῦ χειμάῤῥου καὶ τῷ τε χωρίῳ τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ ἥρωός ἐστι καὶ τῷ ποταμῷ.* Quamvis Pausanias multo copiosior sit, tamen sententiam ab eo prolatam Philochoream esse non est cur negemus. Habes igitur Philochori frustulum. Aliud alibi latet. Si enim Pausanias signi mentione facta quod Thesei pugnam cum Minotauro commissam repraesentat (I, 24, 2) Minotaurum aut hominem aut monstrum fuisse dicit, id minime casu factum esse puto, sed ex illis verbis non solum vulgarem de Minotauro fabulam, sed etiam narratiunculam pragmaticam ab Atthidographis aetate inferioribus elaboratam, praecipue a Philochoro, ei notam fuisse apparet.

Praeterea componenda esse putaverim, quae Paus. I, 37, 3 de Sinidis cum Theseo propinquitate narrat: *Διαβᾶσι δὲ τὸν Κηφισὸν βωμός ἐστιν ἀρχαῖος Μειλιχίου Διός. ἐπὶ τούτῳ Θησεὺς ἀπὸ τῶν ἀπογόνων τῶν*

---

93) Scirus ille Salaminius Philochoro innotuit: ab eo Theseum gubernatores ad expeditionem Cretensem accepisse narrat.

Φυτάλου καθαρσίων ἔτυχε ληστὰς καὶ ἄλλους ἀποκτείνας καὶ Σίνιν τὰ πρὸς Πιτθέως συγγενῆ cum. Plut. Thes. c. 25: *Ἔνιοι δέ φασιν ἐπὶ Σκείρωνι τὰ Ἴσθμια τεθῆναι, τοῦ Θησέως ἀφοσιουμένου τὸν φόνον διὰ τὴν συγγένειαν· Σκείρωνα γὰρ υἱὸν εἶναι Κανήθου καὶ Ἡνιόχης τῆς Πιτθέως. Οἱ δὲ Σίννι, οὐ Σκείρωνα κτἑ.* Quodsi cogitaveris, quae supra p. 61 adn. disserui, Andronis frustulum sub hac Pausaniae narratione latere concedes. Deinde de Androgei ara Phaleri exstructa narrationem ⟨Paus. I, 1, 4⟩: *ἔστι δὲ καὶ Ἀνδρόγεω βωμὸς τοῦ Μίνω, καλεῖται δὲ ἥρωος* ex Atthidographo fluxisse Pausanias expressis verbis dicit: *Ἀνδρόγεω δὲ ὄντα ἴσασιν οἷς ἐστὶν ἐπιμελὲς τὰ ἐγχώρια σαφέστερον ἄλλων ἐπίστασθαι.* Parum accurate Androgeum heroem nominatum esse Pausaniam tradidisse schol. Clem. Alex. Protr. p. 42, 2 documento est: *Φαληρεὺς λιμὴν τῆς Ἀττικῆς· ὁ δὲ κατὰ πρύμνας ἥρως Ἀνδρόγεώς ἐστιν, υἱὸς Μίνωος, οὕτως ὀνομασθείς, ὅτι κατὰ τὰς πρύμνας τῶν νεῶν ἵδρυτο. καὶ Καλλίμαχος ἐν δ' τῶν Αἰτίων μέμνηται.* Atthidographis Eleusinis genealogias ⟨Paus. I, XXXVIII, 7: *Ἐλευσῖνα δὲ ἥρωα, ἀφ' οὗ τὴν πόλιν ὀνομάζουσιν, οἱ μὲν Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι καὶ Δαείρας Ὠκεανοῦ θυγατρὸς λέγουσι, τοῖς δέ ἐστι πεποιημένον Ὤγυγον εἶναι πατέρα Ἐλευσῖνι*⟩ deberi nemo est qui neget: altera redit apud Harp. s. v. *Ἐλευσίνια· . . . ὠνομάσθη δὲ ἡ πόλις Ἐλευσὶς ἀπὸ Ἐλευσίνου τοῦ Ἑρμοῦ.* Postremo adnotare velim, quae Paus. I, 30, 1 de ara apud Academiam a Charmo Amori posita narrat: *Πρὸ δὲ τῆς ἐσόδου τῆς ἐς Ἀκαδημίαν ἐστὶ βωμὸς Ἔρωτος ἔχων ἐπίγραμμα ὡν Χάρμος Ἀθηναίων πρῶτος Ἔρωτι ἀναθείη* ad Clidemum redire. Cf. frg. 24 ⟨Mueller frg. H. G. I p. 364⟩: *Στεφανόπωλις δὲ ἦν* ⟨sc. *Φύη*⟩ *καὶ αὐτὴν ἐξέδωκε πρὸς γάμον κοινωνίαν ὁ Πεισίστρατος Ἱππάρχῳ τῷ υἱῷ, ὡς Κλείδημος ἱστορεῖ ἐν ὀγδόῳ Νόστων . . . . . Συνέβη δέ, ὥς φησι, τὸν Χάρμον ἐραστὴν τοῦ Ἱππίου*

Ἱππίου γενέσθαι καὶ τὸν πρὸς Ἀκαδημίᾳ Ἔρωτα ἱδρύσασθαι πρῶτον, ἐφ' οὗ ἐπιγέγραπται·

Ποικιλομήχαν' Ἔρως, σοὶ τόνδ' ἱδρύσατο βωμόν
Χάρμος ἐπὶ σκιεροῖς τέρμασι γυμνασίου [94]).

Noli offendere in titulo *Νόστων*: eo Clidemi Atthidis partem significari Muell. F. H. G. I p. LXXXVII suo iure coniecit. Iam vero etiam venustam illam de Timagora fabulam, quae sequitur, ex Atthidographo fluxisse probabile est [95]).

Vides igitur ex diversis Atthidographis fabulas narrationesque Atticas in Pausaniae Atticis conrasas esse nec illam doctrinam ex hominum ore ab eo collatam esse, sed vestigia apparere indubia, ex quibus librum scriptum ab eo adhibitum esse colligatur necesse est. Nunc ad id aggredimur, ut cui ille liber scriptus debeatur investigemus. Examinanda igitur sunt, quae adhuc de fontis Pausaniae studiis atque indole exploravimus. Ac primum quidem Atthidographi cuiusdam narrationes ei praesto fuisse cum rerum quas tradit natura docet, tum ea, quae antea disserui, quin etiam ex ipsius Pausaniae verbis colligi licet. Duobus enim signis in arce positis, quorum alterum Eumolpum, Erechtheum alterum appellari dicit, commemoratis sic pergit (I, 27, 5): *Καίτοι λέληθέ γε οὐδὲ Ἀθηναίων ὅσοι τὰ ἀρχαῖα ἴσασιν Ἰμμάραδον εἶναι παῖδα Εὐμόλπου τοῦτον τὸν ἀποθανόντα ὑπὸ Ἐρεχθέως.* At non Immaradum Eumolpi filium,

94) Cf. Clem. Alex. Protr. p. 46: *Ἀμέλει τὸν Ἔρωτα τοῦτον ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις τῶν θεῶν εἶναι λεγόμενον ἐτίμα πρότερον οὐδὲ εἷς πρὶν ἢ Χάρμον μειράκιόν τι ἑλεῖν καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι ἐν Ἀκαδημίᾳ χαριστήρων ἐπιτελοῦς γενομένης ἐπιθυμίας.* Plut. Sol. c. 1 a Pisistrato Amoris statuam dedicatam esse dicit: *Λέγεται δὲ καὶ Πεισίστρατος ἐραστὴς Χάρμου γενέσθαι καὶ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἔρωτος ἐν Ἀκαδημείᾳ καθιερῶσαι, ὅπου τὸ πῦρ ἀνάπτουσιν οἱ τὴν ἱερὰν λαμπάδα διαθέοντες.*

95) Cf. E. Rhode gr. Roman p. 43.

sed Eumolpum sive solum sive cum filiis in bello cu Erechtheo gesto mortem obiisse fabula Attica est sat vetusta: nec solum ex Euripide, sed etiam ex compe diis mythologicis, quae Pausaniae aetate floruerui omnium in ore erat. Quod si huic vulgari fabulae Pa sanias tam audacter et pertinaciter prorsus divers sententiam opponit aetati suae ignotam, quotiens in h narrationem incidit (cf. I, 5, 2. I, 27, 5. I, 38, 3), hoc ab homine, qualem tu perspexisti Pausaniam, de s bonis novatum esse credis? nullum, mihi crede, apt est cxemplum, quo eum ex Atthidographo quodam p dere probetur. Huc quadrat, quod illud *Ἀθηνα ὅσοι τὰ ἀρχαῖα ἴσασιν* [96]) quasi digito intendit Atth scsiptorem.

Iam vero occurrendum mihi erit dubitationi. D enim quispiam, Atthidum scriptorum frustula ex p gesi fluxisse, quam Pausaniam in usum suum conver constat: ergo ut Pausanias ipse Atthidographum ad credatur nihil cogit. Sed hanc necissitatem quasi ponere mihi videntur nonnulli loci, quos iam supra ctavi velut c. 23, 10. c. 27, 4. c. 31, 5. Vides di locis narrationes, quas de rebus Atticis profert, al se sumpsisse diserte ipsum profiteri, si quidem recte verba interpretatus sum. Tertio loco stultissime r periegetae sententiam de duobus Eumolpi Erechth inter se pugnantium signis in arce positis, etsi E dis fabula nititur [97]).

Fabulae igitur illae antiquitatesque Atticae in libro expositae ex diversis prodierunt Atthidum

96) Cf. p. 83 sq. Idem colligo ex Paus. I, *Ἀθηναῖοι δὲ καὶ ὅσοι παρὰ τούτοις* ** *ἴσασι Τριπ τὸν Κελεοῦ πρῶτον σπεῖραι καρπὸν ἥμερον.* lacuni supplendam esse puto: *καὶ ὅσοι παρὰ τούτοις τὰ ἴσασι* ex analogia loci, de quo modo egi.

97) Wilam. Philol. Unters. Vol. I p. 126 ad.

ptoribus veluti ex Hellanico, Phanodemo, Androne, Clidemo, Androtione, Demone, Philochoro aliis. Itaque primo obtutu conicias omnes illas narrationes a Pausania ipso ex ipsis scriptoribus conrasas esse. At quisquis Pausaniam penitus cognorit reputaveritque secum, quod certis demonstratum est argumentis ne diversas quidem de Sibyllis opiniones ab eo, sed a fonte adhibito conlatas esse[98]), id per se prorsus incredibile esse mihi concedet. Nec graviora desunt indicia. Demonstratum est duas illas fabulas de sepultura imperatorum ad Thebas interfectorum ⟨I, 39, 2⟩ non a Pausania ipso, sed ab auctore eius consutas esse. Idem de narrationibus, quae I, 14, 2 de Triptolemi genealogia proferuntur, infra probabitur. Quid igitur? nonne credibile narrationes illas iam in foute eum coniunctas invenisse? Immo necessarium, si gravissimum testimonium ⟨I, 17, 4⟩ intueare: *Ἐς δὲ τὴν τελευτὴν τὴν Θησέως πολλὰ ἤδη καὶ οὐχ ὁμολογοῦντα εἴρηται κτἑ.* Etenim cum sit, quod mireris Pausaniam de morte Thesei multa diversaque narrari contendisse, ipsum autem non multa tradidisse, omnis difficultas evanescit, si in fonte magnum de fabula illa inter scriptores dissensum adnotatum esse statuimus, ut factum videmus eisdem fere verbis in Plut. Thes. c. 20: *Πολλοὶ δὲ λόγοι καὶ περὶ τούτων ἔτι λέγονται καὶ περὶ τῆς Ἀριάδνης οὐδὲν ὁμολογούμενον ἔχοντες.* Itaque si nonnullis locis primi libri compilatorem fabularum Atticarum a Pausaoia adhibitum agnoscimus nec Pausaniae sedulitati congeriem illam fabularum tribuendam esse certum est, in aliis narrationibus, quae eandem prae se ferunt speciem, verisimile videtur veluti I, 2, 1, ubi tres de Antiopa iuxta ponuntur Pindari, Agiae, Atthidographi cuiusdam narrationes.

At nolo commorari in re aperta. Iam ad fontis

---

98) E. Maass de Sibyllarum indicibus diss. Gryph. 1879.

nomen eruendum accedam. In primi libri capite XIV, 2 templi cuiusdam mentione facta, in quo Triptolemi signum positum erat, de Triptolemo nonnulla memoriae proditurum se esse promittit: *Τὰ δὲ ἐς αὐτὸν ὁποῖα λέγεται γράψω, παρεὶς ὁπόσον ἐς Δηϊόπην ἔχει τοῦ λόγου.* Pausaniam hoc loco periegesi ex alio scriptore Triptolemi genealogiam inserentem deprehendis: quod autem in eodem scriptore de Deiope narratum legit, referre veretur. Quid vero haec Deiopae mentio cum Triptolemo coniuncta sibi vult? Cave ne id fortuitum putes: immo in fonte Pausaniae Deiopen vinculo quodam cum Triptolemo coniunctam fuisse ipsa verba clamitant. Mihi quidem haec res tam aperta videtur, ut verbis vix opus sit. Iam cuiusnam generis illud vinculum fuerit quaerendum est. Nimirum id, quod inter virum feminamque iuxta positos solum mihi intercedere posse videtur, id est consanguinitatis. Quare scriptorum de hac re opiniones diligentius perscrutandae sunt, si fontem eruere vis. At mehercules frustra quaeras, nisi incidas in Arist. Mirab. Ausc. 131: *Φασὶν οἰκοδομούντων Ἀθηναίων τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς ἐν Ἐλευσῖνι περιεχομένην στήλην πέτραις εὑρεθῆναι χαλκῆν, ἐφ' ἧς ἐπεγέγραπτο „Δηιόπης τόδε σῆμα", ἣν οἱ μὲν λέγουσι Μουσαίου εἶναι γυναῖκα, τινὲς δὲ Τριπτολέμου μητέρα γενέσθαι* et Istri de Deiope sententiam, qui eam Triptolemi filiam fuisse testatur. Cf. schol. Oed. Colon. 1051: *Ζητεῖται, τί δήποτε οἱ Εὐμολπίδαι τῶν τελετῶν ἐξάρχουσι, ξένοι ὄντες· εἴποι δ' ἄν τις, ὅτι ἀξιοῖσιν ἔνιοι πρῶτον Εὔμολπον ποιῆσαι τὸν Δηϊόπης τῆς Τριπτολέμου τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια καὶ οὐ τὸν Θρᾷκα.* Haec Istri genealogia eis suppletur, quae Photius s. v. *Εὐμολπίδαι* tradit: *πατριὰ Ἀθήνησιν ἀπ' Εὐμόλπου· ἐγένοντο δὲ τρεῖς· ὁ μὲν ἐκ Θρᾴκης ἐπιστρατεύσας, ὃν οὐ προςποιοῦνται οἱ Εὐμολπίδαι· ὁ δὲ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀστυκόμης· ὁ δὲ Μουσαίου καὶ Δηϊόπης.* Inde illum Eumolpum, cui

Ister Eleusinia constituta vindicat, Musaei et Deiopae filium fuisse sequitur, id est Andronis sententiam ab Istro prolatam esse. Cf. schol. Oed. Col. v. 1051. Quae cum ita sint, altera genealogia, quae apud Aristotelem legitur, ad Istrum redit: tum vero de altera dubitari non potest. Omnia igitur, quae de Deiopae cum Triptolemo consanguinitate scimus, ex Istro fluxerunt: vides quid inde de Pausania lucrati simus. Ac si Pausaniam hoc loco Triptolemi filiam intellegi velle statuis, omnia apud eum plana et dilucida, modo verba Pausaniae me recte intellexisse concedas. Vide modo quam bene hoc invento omnes difficultates expediantur. Deiopes mentionem tantum inicit: accuratiora proferre veretur. Cur tandem? explicatur hoc eis, quae Pausanias Triptolemi genealogia exposita in fine alterius paragraphi adnotat: *πρόσω δὲ ἰέναι με ὡρμημένον τοῦδε τοῦ λόγου καὶ ὁπόσα ἐξήγησιν* (?) *ἔχει τὸ Ἀθήνησιν ἱερόν, καλούμενον δὲ Ἐλευσίνιον, ἐπέσχεν ὄψις ὀνείρατος.* De sacro Eleusinio Pausanias pro sua pietate deorumque reverentia nihil referre audet: itaque cum Deiopen matrem Eumolpi mysteriorum Eleusiniorum inventoris fuisse Ister tradiderit, altum de ea eiusque stirpe silentium. Ergo eo adducimur, ut totam Triptolemi genealogiam, quae ex eodem scriptore prodiit, ad Istrum redire statuamus. Utrum vero Musaei Orpheique testimonia ex Istro arripuerit an ipse Istri doctrinae inseruerit, diiudicatu difficillimum est, cum ei hymnorum collectionem praesto fuisse constet [99]).

Ad eundem fontem referenda videntur, quae Pausanias I, 38, 2 de Crocone narrat: in confinio agri Eleusinii Athenarumque eum habitasse tradit: *καὶ διαβᾶσι τοὺς Ῥειτοὺς πρῶτος ᾤκει Κρόκων, ἔνθα καὶ νῦν ἔτι βασίλεια καλεῖται Κρόκωνος. τοῦτον Ἀθηναῖοι τὸν Κρόκωνα Κελεοῦ θυγατρὶ συνοικῆσαι Σαισάρᾳ λέγουσι· λέ-*

99) Wilamow. Phil. Unters. I p. 125 adn. 44.

γουσι δὲ οὐ πάντες, ἀλλ' ὅσοι τοῦ δήμου τοῦ Σκαμβωνιδῶν εἰσιν. Omitto Pausaniae doctrinam periegeticam alienam a nostro instituto: sed quod nonnulli eum generum Celei perhibuerunt perpendas. Caute adicit hanc Scambonidarum tantum opinionem esse: nam si Croconem Triptolemi filium fuisse memineris, quod ab Istro traditum est in Bekkeri Anecd. I p. 273 s. v. *Κοιρωνίδαι· γένος Ἀθήνησιν ἀπὸ Κοίρωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Κρόκωνος. καὶ Κροκωνίδαι γένος ἱερὸν Ἀθήνησιν. ἀμφότεροι δὲ ἦσαν παῖδες Τριπτολέμου*[100]), haec opinio stare nequit, nisi Triptolemi gens a Celeo seiungatur. Id ab Atheniensibus factum esse negat Paus. I, 14, 2: *Ἀθηναῖοι δὲ καὶ ὅσοι παρὰ τούτοις ⟨τὰ ἀρχαῖα⟩ ἴσασι Τριπτόλεμον τὸν Κελεοῦ πρῶτον σπεῖραι καρπὸν ἥμερον*, at sub illis Atheniensibus unum tantum ex Atthidographis latere supra vidimus. Itaque Pausaniae de Croconis gente fabulatio in eos quadrat Atthidis scriptores — nam verbis *ὅσοι τοῦ δήμου τοῦ Σκαμβωνιδῶν εἰσιν* nihil aliud significatur. Cf. I, 31, 5 — qui Celei Triptolemique gentes seiunctas fuisse tradiderunt. Cf. Paus. I, 14, 2. Apoll. I, 5, 2, 1. Iam vero intellegis Istri sententiam, qui Croconem Triptolemi filium fuisse tradit, bene cum Pausania conciliari posse, dummodo ab Istro eius gentem fusius tractatum esse ex Harpocratione mecum colligas.

Hoc loco, quae Pausanias I, 27, 4 de arrhephoriis refert, magni momenti mihi esse videntur ad Istri frusta enucleanda. De arrhephoriis Istrum egisse constat scho-

---

100) Suppletur hoc frustulo Istri de Coirondis fragmentum ap. Harp. s. v. *Κοιρωνίδαι . . . ἔστι δὲ γένος οἱ Κοιρωνίδαι, περὶ ὧν Ἴστρος ἐν τῇ συναγωγῇ τῆς Ἀτθίδος φησίν. ὠνομασμένον δ' ἂν εἴη ἀπὸ Κοίρωνος, ὃν νόθον ἀδελφὸν εἶναί φασι τοῦ Κρόκωνος, παρ' ὃ καὶ ἐντιμοτέρους εἶναι τοὺς Κροκωνίδας.* Aut fons idem est aut ex pleniore Harpocratione lexici illius narratio fluxit.

liastiae in Arist. Lys. v. 642 testimonio: *Οἱ μὲν διὰ τοῦ α ἀρρηφορία, ἐπειδὴ τὰ ἄῤῥητα ἐν κίσταις ἔφερον τῇ θεῷ αἱ παρθένοι, οἱ δὲ διὰ τοῦ ε ἐρσεφορία. τῇ γὰρ Ἕρσῃ πομπεύουσι τῇ Κέκροπος θυγατρί, ὡς ἱστορεῖ Ἴστρος* [101]). Adnotatur igitur de nomine huius festi discrepare inter se scriptores: alios arrhephoria, alios ersephoria nuncupasse. Causa alterius scripturae ex Istro additur. At causa arte cum nomine cohaeret, itaque aliorum sententiam ab Istro prolatam esse sequitur. Iterum igitur Istrum compilatorem deprehendis, quare etiam alteram scholiastae sententiam ex eius opere fluxisse admodum probabile est. Vide quid lucrati simus. Quod enim ad primum nomen explicandum addit scholiasta: *ἐπειδὴ τὰ ἄρρητα ἐν κίσταις ἔφερον τῇ θεῷ αἱ παρθένοι* nihil aliud significare potest nisi quae apud Pausaniam de arrhephoriis fusius legimus [102]). Iam vero putasne nomina tantum ab Istro memorata esse, cultus instituta non item? Praefracte equidem negaverim: immo mihi nomina, ut de cultu egerit, postulare videntur. Nihil igitur impedit, si quidem Istri verba recte cum Pausania coniunximus, quin ex hac quoque Pausaniae narratiuncula de Istro auctore coniciamus. De Istri fonte nihil constat: at tamen fortasse non errabit, si quis Androtionem fontem esse statuerit, quem rebus ad cultum spectantibus enarrandis operam navasse fragmenta clamitant.

Haec quae modo disputavi extra omnem poni dubitationem mihi concedes, si certa Istri frustula ex Pausania elici licet. Nec frustra illa quaeres: nonnullae enim narrationes, quas in Plut. Theseo ex Istro fluxisse demonstravimus, apud Pausaniam redeunt velut Aeschyli

101) Cf. Hesych. s. v. *ἀῤῥηφορία.* Suid. s. v. *ἀῤῥηφορία ἑορτή.* Etym. M. s. v. *ἀῤῥηφόροι καὶ ἀῤῥηφορία.*
102) Cf. Mommsen Heort. p. 443.

Euripidisque fabulae de sepultura imperatorum ad Thebas interfectorum ⟨Paus. I, 39, 2. Plut. Thes. c. 29⟩ et Andronis de Sinidis cum Theseo propinquitate narratio ⟨cf. Paus. I, 37, 3. Plut. Thes. 25⟩. Dein Istri frustula aliis libris adspersit: quae de certamine narrat Pausanias in Delo insula a Theseo instituto, cuius victor palmae ramo donabatur ⟨Paus. VIII, 48, 3⟩: *Θησέα ἀνακομιζόμενον ἐκ Κρήτης φασὶν ἐν Δήλῳ ἀγῶνα ποιήσασθαι τῷ Ἀπόλλωνι, στεφανοῦν δὲ αὐτὸν τοὺς νικῶντας τῷ φοίνικι* cum Plut. Thes. c. 21 conferantur necesse est: *Ποιῆσαι δὲ καὶ ἀγῶνά φασιν αὐτόν* ⟨sc. *Θησέα*⟩ *ἐν Δήλῳ καὶ τοῖς νικῶσι τότε πρῶτον ὑπ' ἐκείνου φοίνικα δοθῆναι.* Denique a Paus. VIII, 2, 1 Panathenaea ante Thesei aetatem Athenaea appellata esse narratur: ⟨*Λυκάων*⟩ *ἀγῶνα ἔθηκε Λύκαια. οὐχὶ δὲ τὰ παρ' Ἀθηναίοις Παναθήναια τεθῆναι πρότερον ἀποφαίνομαι· τούτῳ γὰρ τῷ ἀγῶνι Ἀθήναια ὄνομα ἦν, Παναθήναια δὲ κληθῆναί φασιν ἐπὶ Θησέως, ὅτι ὑπὸ Ἀθηναίων ἐτέθη συνειλεγμένων ἐς μίαν ἁπάντων πόλιν.* Idem ab Istro narratum esse Harp. s. v. *Παναθήναια* documento est: . . . *ἤγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν πρῶτος Ἐριχθόνιος ὁ Ἡφαίστου, καθά φησιν Ἑλλάνικός τε καὶ Ἀνδροτίων, ἑκάτερος ἐν α' Ἀτθίδος. πρὸ τούτου δὲ Ἀθήναια ἐκαλεῖτο, ὡς δεδήλωκεν Ἴστρος ἐν γ' τῶν Ἀττικῶν.* Quae omnia si recte disputavi, Istri *Ἀτθίδων συναγωγήν* Pausaniam ipsum manibus habuisse eamque saepius ad ea, quae *περιήγησις* ei praebebat, supplenda adhibuisse sequitur.

Praeterea vero compendium fabulare ei in usu fuisse eis, quae supra disputata sunt, extra omnem ponitur dubitationem Illud compendium vinculo quodam cum Apollodori bibliotheca coniunctum esse antea monui: iam vero vinculum illud eo niti, quod sub utroque compendio idem fons lateat, confidenter pronuntio. Id paucis illis frustulis, quae ex compendio desumpta esse certa argumentatione demonstravi, probatur. Quid quod de Cephalo sic Pau-

sanias narrat (cf. I, 37, 4: *Κέφαλον γὰρ τὸν Δηΐονος συνεξελθόντα λέγουσιν Ἀμφιτρύωνι ἐπὶ Τηλεβόας τὴν νῆσον οἰκῆσαι πρῶτον, ἣ νῦν ἀπ' ἐκείνου Κεφαλληνία καλεῖται· μετοικεῖν δὲ αὐτὸν τέως ἐν Θήβαις φεύγοντα ἐξ Ἀθηνῶν διὰ τὸν Πρόκριδος τῆς γυναικὸς φόνον.* coniunct. cum IX, 19, 1: *ἕτερος δὲ ἐς ἀλώπεκα ἐπίκλησιν Τευμησίαν λόγος ἐστίν, ὡς ἐκ μηνίματος Διονύσου τὸ θηρίον ἐπ' ὀλέθρῳ τραφείη Θηβαίων, καὶ ὡς ὑπὸ τοῦ κυνὸς ὃν Πρόκριδι τῇ Ἐρεχθέως ἔδωκεν Ἄρτεμις ἁλίσκεσθαι μέλλουσα αὐτή τε λίθος ἐγένετο ἡ ἀλώπηξ καὶ ὁ κύων οὗτος*), ut dubitari non liceat, quin in hac narratione Istri frustulum exstet: cf. quae p. 59 de hac fabula disserui. Maximi momenti est, quod Cephali cum Amphitryone expeditio adnectitur, dein quod idem de Cephali cane in lapidem converso narratur. Haud aliter quae Pausanias I, 39, 3[102a]) de Theseo palaestrices inventore narrat conciliari licet cum Istri sententia, qui eum artem illam a Minerva didicisse tradit. Cf. schol. Pind. Nem. 5, 89: *Ἐν Ἀθήναις φασὶν εὑρῆσθαι τὴν παλαιστρικὴν ὑπὸ Φόρβαντος, τοῦ παιδοτρίβου Θησέως . . . . ὅτι δὲ Θησεὺς παρ' Ἀθηνᾶς ἔμαθε τὴν πάλην Ἴστρος ἱστορεῖ.* Aliud compendii frustulum e Pausania hoc loco eliciam: I, 39, 5 fabula de Megareo Neptuni filio Niso contra Minoem auxilio veniente, dein interfecto urbique, quae antea Nisa nominabatur, nomen Megara dante narratur. Eadem narratiuncula in Apoll. bibl. III, 15, 8, 1 redit: *μετ' οὐ πολὺ δὲ θαλασσοκρατῶν ἐπολέμησε στόλῳ τὰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρα εἷλε*

102a) Cercyoni artis inventio adversario poplitem subruendi tribuitur. Cf. Eustath. Π. p. 1327, 8: *πρῶτος δέ, φασι, Κερκυὼν εὗρε τὴν τοιαύτην παλαιστικὴν μηχανὴν καὶ καλεῖται ἰγνύων ἀφαίρεσις.* Plat. Leg. VII p. 796 a et schol. (p. 380 Herm.): *Τὴν μὲν ἀπὸ χειρῶν πάλην ἐξεῦρε Θησεύς, τὴν δὲ ἀπὸ σκελῶν Κερκύων, Βράγχου καὶ Ἀργιόπης νύμφης κτέ.*

Νίσου βασιλεύοντος τοῦ Πανδίονος, καὶ Μεγαρέα τὸν Ἱππομένους ἐξ Ὀγχηστοῦ Νίσῳ βοηθὸν ἐλθόντα ἀπέκτεινεν. Cf. Pausaniam I, 39, 5: *Βοιωτοὶ δὲ ἐν Ὀγχηστῷ Μεγαρέα τὸν Ποσειδῶνος οἰκοῦντα ἀφικέσθαι στρατιᾷ Βοιωτῶν φασι Νίσῳ τὸν πρὸς Μίνω πόλεμον συνδιοίσοντα, πεσόντα δὲ αὐτὸν ἐν τῇ μάχῃ ταφῆναί τε αὐτοῦ καὶ τῇ πόλει Μέγαρα ὄνομα ἀπὸ τούτου γενέσθαι.* Ac primum quidem de Megareo fabulam cum Minois contra Nisum expeditione coniunctam esse videmus: id minime fortuitum mihi videtur esse. At omisit Apollodorus veriloquium: id neglegentia factum esse putaverim. Qui enim fit, ut ex Boeotia rex quidem Megarensis Niso auxilio veniat, cui idem nomen est, quod postea urbi Megarensium inditum videmus. Nimirum ut illius urbis nomen explicetur. Itaque a scriptoribus veriloquii studiosis Megareum cum bello Megarensi coniunctum esse statuendum est: si igitur deest apud Apollodorum veriloquium, neglegentiae adtribuas. Cuius fabulae auctorem si quaeras, inspicias velim Steph. Byz. s. v. *Νίσαια· Ἑλλάνικος ἐν Ἱερειῶν πρώτῃ . . . . καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ· „καὶ Νίσαιάν τε εἷλε καὶ Νῖσον τὸν Πανδίονος καὶ Μεγαρέα τὸν Ὀγχήστιον ἀπέκτεινεν.“* Illa vero Apollodori narratio cum ad Istrum redeat, idem de Pausaniae fabula demonstratum est[102b]).

Cap. V.

De Istri Eliacis.

Iam ad alterum Istri transeamus libellum, qui *Ἠλιακά* inscribitur. Ac primum quidem eum minime

102b) In Megarei patris nomine Pausanias non consentit cum Apollodoro: sed nihil mutandum est. Cf. Plut.

ex quinque libris constitisse scimus. Sic enim in schol. Pind. Ol. VI, 55 legitur: *Δίδυμός φησιν, ὅτι πάντες οἱ ὑπομνηματισάμενοι Φαισάναν φασὶν εἶναι τῆς Ἀρκαδίας πόλιν· αὐτὸς δέ φησιν εἶναι τῆς Ἠλιαίας καὶ παρατίθεται Ἴστρον ἱστοροῦντα ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Ἠλιακῶν. ἤτοι οὖν Πίνδαρος ψεύδεται, ἢ διὰ τὸ τὴν Πίσαν ὑπὸ τοῖς Ἀρκάσι ποτὲ γενέσθαι βασιλεύειν φησὶ τῆς Φαισάνης τὸν Αἴπυτον.* Praeterea duo tantum fragmenta huius scripti aetatem tulerunt laudata a Steph. Byz. s. v. *Φύτειον: πόλις Ἤλιδος τῆς κοίλης ἀπὸ Φυτέως λέγων αὐτὴν ὠνομάσθαι Ἴστρος δ΄ τῶν Ἠλιακῶν*, deinde a schol. Plat. Phaed. p. 233 (ed. C. F. Hermann): *Ἐχεφυλίδας δὲ αὐτὸν ὑπὸ Κτεάτου καὶ Εὐρύτου τῶν Μολιονιδῶν ἡττηθῆναι κατὰ τὴν ἐπ᾽ Αὐγέαν στρατείαν· διωχθέντα δὲ ἄχρι τῆς Βουπρασίδος καὶ περιβλεψάμενον, ὡς οὐδεὶς ἐξίκετο τῶν πολεμίων, ἀναψῦξαί τε καὶ ἐκ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ πίοντα προσαγορεῦσαι τοῦτο ἡδὺ ὕδωρ· ὃ νῦν δείκνυται ἰόντων ἐκ Δύμης εἰς Ἦλιν, καλούμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων βαδὺ ὕδωρ. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ Φερεκύδης καὶ Κώμαρχος καὶ Ἴστρος ἐν τοῖς Ἠλιακοῖς ἱστοροῦσι. καὶ διὰ τοῦτο θεωροὺς τοὺς Μολιονίδας ἰόντας εἰς Κόρινθον λοχήσαντα τὸν Ἡρακλέα περὶ Κλεωνὰς ἀποκτεῖναι· ὅθεν Ἠλείοις ἀπώμοτον εἶναι τὰ Ἴσθμια ἀγωνίζεσθαι, ὅτι θεωροὺς πεμφθέντας εἰς τὸν Ἰσθμὸν τοὺς Μολιονίδας ἑλὼν Ἡρακλῆς ὑπὸ Κορινθίων ἐδέχθη.* Dolendum est, quod temporis iniuria alia nobis invidit fragmenta: nam ex his tenuibus Istri operis vestigiis quod et quale argumentum fuerit, deinde quae ratio describendi, enucleari vix potest, sed id mihi fragmenta satis docere videntur, eum in hoc libello res mythicas geographicasque ad Elidem pertinentes accurate tractasse.

---

qu. gr. 16. Ovid. met. 10, 605. Hyg. f. 185. Apoll. III, 9, 2.

Quae etsi sic se habent, tamen haud inviti huius libelli memoriae recolendae operam navamus, cum nonnulla nobis certa de eo proferre liceat. Ex Pindari scholio, quod supra exscripsi, pristinas Eleorum Arcadumque concertationes ab Istro expositas esse elucet, de quibus etsi pauca nobis testimonia exstant Eliacorum scriptores accuratius egerunt, si quidem recte Meinekius in Anal. Alex. p. 184 frequentem Arcadiae locorum memoriam in Rhiani Cretensis Eliacorum carmine ad has inimicitias referendam esse coniecit.

Disputatur igitur in illo scholio, utrum Arcadiae an Elidis Phaesana fuerit omnesque Pindari interpretes[103]) Didymo excepto urbem illam in Arcadia sitam esse consentiunt. Elicuerunt nimirum hanc sententiam ex poetae verbis, qui satis dilucide Phaesanam Arcadiae fuisse finxit:

v. 55. ὃς ⟨sc. *Αἴπυτος*⟩ *ἀνδρῶν Ἀρκάδων ἀνάσσε*
Φαισάνᾳ, λάχε τ᾽ Ἀλφεὸν οἰκεῖν·
et v. 61. *ἀντεφθέγξατο δ᾽ ἀρτιεπὴς*
πατρία ὄσσα, μετάλλασέν τέ νιν· Ὄρσο, τέκος,
δεῦρο πάγκοινον ἐς χώραν ἴμεν φάμας ὄπισθεν κτἑ.

Cum poeta igitur res mihi esse videtur, ubi interpretum illorum sententia defendenda sit necne quaeritur. Nec vero quid de poeta iudicandum sit ignoras: non enim is est, cui in regione describenda aut in urbis situ significando versanti opera geographica praesto esse putes. Quid igitur mirum, si ex arbitrio suo poeta Aepyto, Arcadiae regi, urbem sedem assignavit, quae re vera non in ipsa Arcadia, sed in Elide sita erat? At haud procul a confinio eam fuisse statuendum est, cum alio modo poetae licentia ferri nequeat. Didymus qua

103) Imprimis Aristarchus hoc loco impugnatur. Cf. E. Horn de Aristarchi studiis Pindaricis Gryph. 1883 p. 84.

est doctrina offendit in illo ut sibi videbatur peccato eumque refutavit Istri testimonio fretus. Cuius de refutatione scholiasta haec refert:

Schol. Olymp. VI, 55 Rom. — Schol. VI, 54 Vrat. A.

Τὴν Φαισάναν πάντες μὲν οἱ ὑπομνηματισταὶ τῆς Ἀρκαδίας εἶναι πόλιν ἐξεδέξαντο, ὁ δὲ Δίδυμός φησι τῆς Ἤλιδος αὐτὴν εἶναι, καὶ ὑπεραπολογεῖται τοῦ ῥητοῦ οὕτως, ὅτι ποτὲ οἱ Ἀρκάδες καὶ τῆς Ἤλιδος ἐβασίλευον κατὰ τὸν χρόνον τοῦ Αἰπύτου. οἱ δὲ βουλόμενοι τὴν Φαισάναν Ἀρκαδικὴν εἶναι τὸ περὶ Ἀλφειοῦ οὕτως ἐπιλύονται, ὅτι διὰ Φαισάνης ἔχει ὁ ποταμὸς τὰ ῥεύματα· φέρεται γὰρ ἐξ Ἀσέας, κώμης Ἀρκαδικῆς· ἢ ὅτι αἱ πηγαὶ τοῦ Ἀλφειοῦ ἐξ Ἀσέας εἰσὶ τῆς Ἀρκαδικῆς καὶ ἀντιποιοῦνται αὐτοῦ οἱ Ἀρκάδες.

Cf. quae supra exhibui.

Didymus igitur Phaesanam in Arcadia sitam esse perfracte negat idque, quod a Pindaro scriptum invenit, sic defendi posse dicit, ut illam Elidis partem, cuius Phaesana fuisset id est Pisatidem, sub Aepyti imperio cum Arcadia coniunctam fuisse statuatur. Inde ex Istri sententia, qua nititur Didymus, Phaesanam Pisatidis urbem fuisse sequitur. Laudamus Didymum, qui in hac quaestione solvenda eum fontem adiit, ex quo certa doctaque proferri potuit, Eliacorum scilicet scriptorem. Cuius examinanda iam erit sententia. Putabisne eam ex Pindari verbis elici posse? Fieri posse non nego, at quam stulti fuissent illi, qui propterea quod Alpheum illam urbem praeterfluxisse poeta fingit, ceteris verbis neglectis, quibus Pindarus eam Arcadiae esse dicit, Elidis eam esse statuerunt. Talia igitur, qualia supra statuimus, nobis persuadere nequeunt.

Iam cogites, quaeso, quid Ister de Phaesana docuerit. Urbs est Pisatidis in confinio Arcadiae ad ripas

Alphei sita satis digna, in qua sedes regia collocetur. Dein utrum Elidis an Arcadiae fuerit, dubitatur a viris doctis. Quid? huiusne oppidi, si quidem fides Istro habenda est, memoriam prorsus oblitteratam esse probabile tibi videtur? Equidem non puto: nec notatu indignum mihi esse persuasi, quod de altera Elidis urbe eadem fere Steph. Byz. tradit s. v. *Φρίξα.* Ille *ἡ δὲ Φρίξα* inquit *κεῖται μὲν* ⟨*ἐπὶ λόφῳ* vel simile quid Meinekius addit: cf. Paus. VI, 21, 6 et Steph. s. v. *Μάκιστος*⟩ *τῆς Ὀλυμπίας ἀπέχουσα στάδια λ. Φερεκύδης δὲ Ἀρκαδίας αὐτὴν γράφει.* Cf. Strab. p. 343. Iterum habes oppidum in finibus Pisatidis ad Alphei ripas sitam, de quo Elidisne an Arcadiae fuerit, disceptatum est a veteribus. Iam vides quo tendam: haud absonum videtur, si Phaesanam eandem urbem esse statuimus, quae apud Stephanum Phrixa appellatur. Quodsi recte conieci, apparet Didymum suo iure ut solet Aristarchi sententiam impugnasse. Ex eodem scholio aliud erui licet. Didymus in quaestione de Phaesana profliganda Istri Eliacis usus est eiusque testimonium ita adposuit, ut de eo dubitare ne cogitarit quidem. Itaque gravissimum eum scriptorem iudicabat dignissimumque, cui in rebus Eliacis enarrandis explicandisque se applicaret. Certe igitur saepius eum respexit quam nominat ⟨cf. schol. Ol. II, 54 de Diana Orthosia?⟩. Nec scio an Istri frusta, quae in scholiis Pindaricis leguntur, uni Didymo debeantur[104]). Quae suspicio, confirmatur uno ex scholiis, quibus Ister citatur. Cf. schol. Olymp. VII v. 146, ubi ad Pindari verba:

Τόθι ⟨*ἐν Ῥόδῳ*⟩ . . .
Τληπολέμου ἵσταται . . . μήλων τε κνισάεσσα
πομπὰ καὶ κρίσις ἀμφ' ἀέθλοις.

104) Praeterea Timaei frusta ad Didymum redire Kaibelius adnotat.

haec adnotata leguntur: *κρίσιν εἶπε τὸν ἀγῶνα τῶν Ἠλείων, ὃν διατιθέασιν οἱ Ῥόδιοι. ἐψεύσατο δὲ ὁ Πίνδαρος· οὐ γὰρ Τληπολέμῳ ὁ ἀγὼν ἐπιτελεῖται, τῷ δ' Ἡλίῳ τιθέασι τὸν ἀγῶνα, ὡς Ἴστρος φησὶν ἐν τῇ περὶ τῶν Ἡλίου ἀγώνων* [105]) *Ῥόδιοι τιθέασιν Ἡλίου ἐν Ῥόδῳ γυμνικὸν στεφανίτην ἀγῶνα.* Haec si comparaveris cum schol. Ol. VI, 55, quantopere inter se congruant scholia intelleges: eundem deprehendis Pindari castigatorem scriptoris cuiusdam testimonio fretum eodemque fere dicendi genere usum ⟨cf. schol. *ἤτοι οὖν Πίνδαρος ψεύδεται ἢ διὰ τὸ τὴν Πίσαν κτέ.* et *ἐψεύσατο δὲ ὁ Πίνδαρος*⟩. Istri igitur sententiam Didymus, ut videtur, Pindaro opponit negans, a Rhodiis in Tlepolemi honorem ludos institutos esse. Idem si in scholio insequenti legitur, Didymo vindicandum est. Cf. schol. v. 147, ex quo quid Ister de festi tempore exposuerit intellegitur: *ἐγκωμιαστικῶς δὲ ὁ Πίνδαρος τὸν ἀγῶνα Ἡλίῳ τελούμενον εἰς τὸν Τληπόλεμον μετήγαγε. τελεῖται δὲ μηνὸς Γορπιαίου εἰκοστῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ, ἀπέχει δὲ τῶν Νεμέων ἡμέρας ἕξ· ἀγωνίζονται δὲ παῖδες καὶ ἄνδρες· ὁ δὲ στέφανος λεύκη δίδοται.* Redeo ad fragmentum a Steph. Byz. servatum de Phyteio urbe, quam in Elide cava sitam esse nomenque a Phytheo heroe traxisse Ister tradiderat. De hoc oppido nihil aliunde nisi a Steph. Byz. et lexicographis ⟨cf. Suid. s. v. *Φύτεον* et Etym. M. s. v. *Θήσειον*⟩ comperimus. At idem fere urbis Eliacae nomen eademque derivatio occurrit in schol. Pind. Ol. XI, 46: *Τὴν πόλιν* ⟨sc. *Αὐγείου*⟩ *δὲ καλεῖσθαί φασι Φύκτεον ἀπό τινος Φυκτέως, οὗ μέμνηται καὶ Ἡσίοδος οὕτω·*

---

105) Idem libellus mihi videtur, qui a Clem. Alex. Strom. p. 192 S. *περὶ ἰδιότητος ἄθλων* nuncupatur. Quod a Clemente narratur, conferas cum Ael. V. H. X, 2, ubi nomine athletae excepto omnia congruunt.

Τὴν δ' Ἀμαρυγκείδης Ἱππόστρατος, ὄζος Ἄρηος,
Φυκτέος ἀγλαὸς υἱός, Ἐπειῶν ὀρχαμὸς ἀνδρῶν.

Utraque igitur urbs in eadem Elidis regione sita est, altera in Elide cava, altera in Epeorum regione id est in Elidis parte septentrionali, deinde ab heroe quodam nomen utriusque urbis derivatur. Atque primum quidem miro profecto casu factum esset, ut in eadem Elidis regione ambae essent urbes eiusdem fere nominis eiusdemque originationis, deinde urbium nomina in codicibus saepe misere corrupta esse memineris velim: nihil igitur probabilius nisi sub Phyctei nomine Pindari scholiastae eandem urbem latere et *Φύκτεον* nomen, quod vulgo legitur, in *Φύτειον* mutandum esse[105a]).

Admodum memorabile tertium Istri frustulum est, quod schol. Plat. in Phaed p. 233 auctor ad proverbium *πρὸς δύο οὐδ' ὁ Ἡρακλῆς* explicandum excerpsit. Tres huius proverbii explicationes proferuntur: prima Duridis est, deinde ad alteram illustrandam narratur fabula de Cteato et Euryto Actoris filiis, qui in bello ab Hercule contra Augeam propter regis perfidiam suscepto Herculem primum quidem vicerunt, deinde vero ad ludos Isthmios proficiscentes ab eo ex insidiis ad Cleonas occisi sunt. Denique tertia adnectitur explicatio Herodori testimonio freta. Auream vides doctrinam praecipue in altera narratione prolatam, cuius complures testes proferuntur, Echephylidas, Pherecydes, Comarchus et Ister. Nimirum testimonia illa a scholiastae fonte id est paroemiographo quodam conrasa esse credi nequit, immo ab uno ex illis auctoribus diversos testes ei suppeditatos esse veri est simillimum. Ac si Istrum talem fuisse auctorem, qualem hoc loco fontem postulamus, cogitas, nihil obstat, opinor, ne tota narratio ei vindicetur. Quod

105a) Confer quae Luebbertus, qui in eandem coniecturam incidit, p. 9 sq. disputavit.

autem Istri scriptoris indole probabile effecimus, confirmatur scholio ipso, quod per Lucillum Tarrhaeum ex Didymi *περὶ παροιμιῶν* libro fluxisse satis constat[106]. Didymus autem Istri Eliaca, ubi de rebus Eliacis egit, adhibuisse solebat: ergo etiam in hoc scholio doctam de Cteato Eurytoque fabulam ab Istro eum mutuatum esse valde mihi probabile est[107]. Postquam fabulam

---

106) L. Cohn, Untersuchungen über die quellen der Platoscholien in annal. phil. suppl. XIII p. 773.

107) De Echephylidae aetate nihil scimus. Equidem hoc scholio fretus eum ante Istri aetatem vixisse satis confidenter pronuntio. Praeterea bis memoratur a Steph. Byz. s. v. *Μυρίνη* et *Σφακτήρια*, deinde in Etym. M. p. 166, 5. Quae frustula cum de Eliacis sive urbibus sive fabulis agant, eum Eliacorum auctorem fuisse suaserim. Cf. Mueller F. H. G. IV p. 403. Nomen simplici λ littera scribendum esse ex inscriptionibus apparet, quas Muellerus affert. Addam nomen *Ἐχέφυλος* ex epigrammate Dodoneo ⟨cf. Kaibel Rh. M. 34 p. 197⟩, ubi *Ἀγάθων Ἐχεφύλου* legitur. Praeter Istrum et Echephylidam *Ἠλιακῶν* scriptores laudantur Rhianus Cretensis ⟨cf. Meineke Anal. Alex. p. 184 sq.⟩, Teupalus (?) teste Steph. Byz. s. v. *Ἀνδρία*, denique addas Polemonem periegetam. Pherecydis narratio de Molionidis in schol. Hom. Il. λ, 709 nomine auctoris subscripto exstat, quae plane congruit cum Platonis scholiasta: *Ἄκτορος καὶ Μολιόνης παῖδες Κτέατος καὶ Εὔρυτος, κατά τινας δὲ Μολιόνης καὶ Ποσειδῶνος . . . οὗτοι παρηλλαγμένην φύσιν τῶν λοιπῶν ἔσχον ἀνθρώπων. διφυεῖς γὰρ ἦσαν, ἔχοντες ἑκάτερος δύο κεφαλάς, τέσσαρας δὲ χεῖρας καὶ πόδας τοὺς ἴσους, ἓν δὲ σῶμα. διὰ τοῦτο τοὺς πολεμικοὺς καὶ γυμνικοὺς ἐνίκων ἀγῶνας. Ἡρακλῆς δὲ πολεμῶν καὶ μὴ δυνάμενος κατὰ τοὐμφανὲς αὐτῶν περιγενέσθαι* ⟨cf. Paus. *οὐδὲν ὑπῆρχεν ἀποδείκνυσθαι λαμπρόν*⟩ *συμμαχούντων Αὐγέᾳ λοχήσας αὐτοὺς ἀνεῖλε καὶ οὕτως ἐπόρθησε τὴν Ἦλιν. ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδει.* Videmus subscriptioni fidem habendam esse. Fabula ipsa satis vetusta est: cf. Ibyc. frg. 16 ⟨Bergk⟩ et Pind. Olymp. X, 24—42 (Bergk) vel potius Hesiodus, e cuius catalogis Pindari narrationem haustam esse Luebb. Ind. lect. Bonn. 81/82 p. 9 probabiliter coniecit.

de Molionidis ab Istro fusius tractatam fuisse demonstratum est, circumspicientibus nobis num ab aliis eadem fabula enarretur auctoribus posterioris aetatis, primum quidem Pausanias occurrit, qui V, 2 accuratiora de Molionidis tradit. Refert fere eadem, quae Ister de Herculis expeditione contra Augeam narraverat, deinde de Actoris filiorum ad Cleonas caede, denique de edicto, quod Eleos ludis Isthmicis interesse vetuit. Nonnulla copiosius enarrantur, ita ut Istri narrationi, quae a Didymo in brevius contracta est, lucem offundant, imprimis quod Pausanias de Corinthiis tradit. Inde a paragrapho quarta Pausanias duas adnectit narrationes, quibus cur Elei ludis Isthmicis non interfuerint, diversa ratione explicatur. Ac primum quidem Eleos a Corinthiis ipsis ludorum aditu prohibitos esse narrat ira inflammatis, quod Iovis simulacro a Cypselo dedicato post Cypseli mortem Corinthiorum nomen inscribi noluerunt, deinde Elei cuiusdam coniugem propterea quod filii ludis Isthmicis ab adversariis interfecti essent, diris defixisse refert cives, quicunque ludis illis in posterum interessent. Altera narratio coniuncta cum Molionidarum fabula redit apud Plut. de Pythiae oraculis c. 13: Ἐκ τούτου τοὺς περιηγητὰς ὁ Σεραπίων ἤρετο, τί δὴ τὸν οἶκον οὐ Κυψέλλου τοῦ ἀναθέντος, ἀλλὰ Κορινθίων ὀνομάζουσιν . . . . ἐπεὶ πρότερόν γε αὐτῶν ἠκούομεν λεγόντων, ὅτι τῆς τυραννίδος καταλυθείσης ἐβούλοντο Κορίνθιοι καὶ τὸν ἐν Πίσῃ χρυσοῦν ἀνδριάντα καὶ τὸν ἐνταῦθα τουτονὶ θησαυρὸν ἐπιγράψαι τῆς πόλεως. Δελφοὶ μὲν οὖν ἔδοσαν, ὡς δίκαιον, καὶ συνεχώρησαν, Ἠλείους δὲ φθονήσαντας ἐψηφίσαντο μὴ μετέχειν Ἰσθμίων· ὅθεν οὐδεὶς ἐξ ἐκείνου γέγονεν Ἰσθμίων ἀγωνιστὴς Ἠλεῖος. Ὁ δὲ Μολιονιδῶν φόνος ὑφ᾽ Ἡρακλέους περὶ Κλεωνὰς οὐδέν ἐστι μεταίτιος, ὡς ἔνιοι νομίζουσιν, Ἠλείους τοῦ εἴργεσθαι· τοὐναντίον γὰρ ἦν αὐτοῖς προσῆκον εἴργειν, ε[illegible] διὰ τοῦτο Κορινθίοις προσκεκρούκεσαν. Ἐγὼ μὲν οὖ[illegible]

ταῦτα εἶπον. Quid? si Plutarchus easdem duas narrationes eodem consilio iuxta posuit, nonne eum eodem fonte usum esse verisimile est? Id enim absurdum mihi videtur, Pausaniam suo sibi sudore illas narratiunculas conrasisse arbitrari. Verum huic sententiae adversa fronte repugnare videntur ipsa Plutarchi verba: *Ὁ δὲ Μολιονιδῶν φόνος κτἑ.* Apparet in hoc sententiarum connexu infinitivo *εἴργεσθαι* passivam inesse notionem, ita ut illi, quos impugnat Plutarchus, Molionidarum caedem causam fuisse Corinthiis opinarentur ad excludendum Eleos. At inepta est opinio. Quid igitur? Putasne tale quid unquam excogitatum prolatumve esse, praesertim cum eiusdem fabulae formis, quae nobis exstant, refellatur? Minime, immo Plutarchum habes erroris convictum, qui quod in fonte exstitit, non ita ut legerat hoc loco refert. Facile incidere potuit in hunc errorem, quod alteram de signo aureo Iovi a Cypselo dedicato fabulam, in qua Elei excluduntur Isthmicis, antea narraverat. Itaque pro certa atque explorata re habendum est, in Plutarchi fonte idem narratum fuisse, quod a Pausania profertur. Quibus scrupulis remotis quam arte inter se cohaereant Plutarchus et Pausanias, primo quisque obtutu intellegit nec quidquam mihi obstare videtur, ne utramque narrationem ad eundem fontem relegemus.

Iam vero paullisper subsistamus: videamus quid adhuc lucrati simus. Tres a Pausania narrationes proferuntur de eadem re, quarum prima et altera ex eodem fonte prodierunt: sequitur tertia. Quid? arcessitne Pausanias ex altero fonte? At artissime coniuncta est cum altera de signo a Cypselo dedicato fabula. Quid? eone in libro, ex quo alias duas narrationes desumpsit Pausanias, ea fabula inesse non poterat? At perpendas, quaeso, qualis ille fons fuerit. Non unam protulisse fabulam satis habuit, sed alteram ei adnectere placuit:

conrasit igitur de una fabula diversas, quae circumferebantur, narrationes. Iam cognoscis tertiam narratiunculam hoc in fonte defuisse vix credibile esse.

Restat igitur, ut quaeramus, ex cuiusnam scriptoris copiis Pausanias hoc loco pendeat. Nolo diffiteri, in hac quaestione profliganda coniectura me potius uti quam certa argumentatione, at alia ratione in his difficultatibus solvendis nihil effici posse mihi persuasi. Altera igitur de Molionidis narratio licet nonnullis rebus amplificata sit, ita procedit, ut Istri vestigium in ea latere credas. Idem de Plutarcho demonstratum est. Quid vero de aliis iudicandum est? Inde quod alteram fabulam Pausaniae Ister suppeditavit, omnes narrationes ad eundem auctorem redire per se concludenti vix est cur credamus. At si memineris, quod supra de indole Istri *Ἠλιακῶν* disputavimus cogitarisque ei diversas scriptorum narratiunculas congerere in deliciis fuisse, dein eiusdem scriptoris opera in primo libro Pausaniam usum esse, admodum mihi videtur verisimile esse ex Istro fluxisse illas narrationes.

Addam pauca haesitante manu, quibus sententiam meam corroborari mihi persuasi: doleo certa ne de hac quidem re a me proferri posse. Memorabile est, quod Ister de fluminis cuiusdam Eliaci, quod vernaculo sermone *βαδὺ*[108]) *ὕδωρ* nominatur, veriloquio adnotat ab Hercule in fuga Molionidarum prope ad Buprasiun ex illo flumine aquam hauriente illam fluvii partem si nominatam esse dicit[109]). Haec narratio priscorur

108) Cf. Etym. M. p. 426, 13: *Τὸν δὲ Ἠλέα καὶ μετ τοῦ β Βηλέα προςαγορεύουσι Δωρικῶς κατά τι ἔθος τῆς Δω ρίδος διαλέκτου τὸ β προςγράφεσθαι ταῖς ἀπὸ φωνήεντ ἀρχομέναις λέξεσι.* Hes. idem adnotat: Cf. Mueller F. I G. I, 36.

109) Regio satis accurate significatur. Larisius flum fuisse videtur. Cf. Curtius Pel. II p. 104 ad. 34.

temporum priscarumque fabularum simplicitatem redolet: orta est ex perantiqua fabula de fuga Herculis. Itaque testes huius fabulae ab Istro satis vetusti adscribuntur velut Pherecydes. Iamne intellegis, cur de hoc scholio plura disputem? Redit illud fluminis nomen apud Paus. V, 3, 3 artissime coniunctum cum Herculis contra Augeam expeditione. At prorsus alia ratione explicatam esse illam appellationem clamitas. Recte mones, sed paulo accuratius perpendas velim fabellam a Pausania adspersam. Eleorum feminae robore virili diuturno bello, quod Hercules Elidi intulerat, imminuto Minervae vota fecerant, si statim gravidae fierent ex primo concubitu: exauditae dein a Minerva templum ei exstruxerunt Matrisque cognomen indiderunt, locum vero concubitus fluviumque praetercurrentem *βαδὺ ὕδωρ* nuncupaverunt. Tantum quidem probabile mihi videtur narrationem ad eundem fluvium spectare, quem Ister sic nominatum esse tradiderat. At de fabula ipsa discrepat uterque. Ac qui fabularum ab Alexandrinis sive poetis sive grammaticis inventarum indolem cognoverit, primo obtutu venustam illam narrationem ad hanc aetatem relegabit: nec fallit eum suspicio. Quid enim fabula ista sibi velit, haud difficile est ad intellegendum: in eo tanquam cardine vertitur, ut cur fluvio nomen *βαδὺ ὕδωρ* indi potuerit explicetur nec Minervae memoria fortuita est: immo certo de consilio mentio eius fit ad Minervae cognomen Matris explicandum. Ergo ista Pausaniae historiola duo aetia illustrantur: de horum aetiorum auctore certiora nobis suppeditat schol. Il. λ, 700 coniunctum cum schol. Il. β, 629: *Ἡρακλῆς προστάξαντος Εὐρυσθέως ἀνεκάθηρε τὴν Αὐγέου κόπρον· ἀπαιτοῦντι δὲ αὐτῷ τὸν μισθὸν οὐκ ἀπεδίδου, λέγων ἐξ ἐπιταγῆς αὐτὸν ⟨οὐ⟩ πεποιηκέναι. Φυλεὺς δὲ ὁ τούτου παῖς κριτὴς γενόμενος κατέκρινε τὸν πατέρα· ὁ δὲ ἀγανακτήσας ἐξέβαλεν αὐτὸν τῆς χώρας· Ἡρακλῆς δὲ ἐπιστρατευσά-*

μενος Ἦλιν ἐπόρθησε καὶ μεταπεμψάμενος τὸν Φυλέα ἐκ Δουλιχίου παραδίδωσιν αὐτῷ τὴν βασιλείαν. ὀλιγανδρίας δὲ οὔσης διὰ τὸ πολλοὺς ἐν τῷ πολέμῳ συνεφθάρθαι, Ἡρακλῆς συγκατέκλινε τὰς τῶν τετελευτηκότων γυναῖκας τῷ στρατῷ, οὕτως τε πολλῶν γεννηθέντων ἔθηκε τῷ Διὶ τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα καὶ αὐτὸς πρῶτος τῶν ἀγώνων ἥψατο. ἡ ἱστορία παρὰ Καλλιμάχῳ. et *ὃς* (sc. *Φυλεύς*) *εἰς τὸ Δουλίχιόν ποτε ἀπῳκίσθη διὰ τὸ καταμαρτυρῆσαι τοῦ πατρὸς Αὐγείου πρὸς Ἡρακλέα περὶ τοῦ μισθοῦ, ὃν ὑπέσχετο παρέξειν τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Αὐγείας, εἰ καθαίροι αὐτοῦ τὰς ἐπαύλεις μεστὰς οὔσας τῆς κόπρου τῶν βοῶν. ἡ ἱστορία καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ.*

Narrant scholiastae ex Callimachi copiis, ut subscriptiones docent, Herculem Elide expugnata Phyleo, Augiae filio a patre eiecto Dulichiumque profecto, Elidem tradidisse, dein studio incolarum numerum augendi inflammatum mulieres Eliacas cum exercitu coire iussisse ludosque denique instituisse Olympiacos. Nihil hic de Minerva, nihil de fluvio. At tamen utriusque memoriam ad hanc narrationem necessariam esse arbitror. Nam si cogitaveris, quonam ex fonte illa scholiastae fabula prodierit, ex aetiis scilicet Callimacheis[110]), dein quo consilio a Callimacho fabellae illae immixtae sint quamque immutatae deposita saepius prisca forma, Callimachi fragmentum in altero scholio valde truncatum omni quae ad aetion illustrandum pertinebat indole abstersa exstare mecum censebis. Qui id factum sit, facile intellegitur: fabulam tantum enarrare scholiastae intererat, aetion non item: supprimit igitur in fabula enarranda aetiorum memoriam.

Quae si recte disputavi, aetion sive aetia exstitisse in Callimachi enarratione admodum probabile est: optime igitur ex Pausania, qui in fabula ipsa plane fere con-

110) Callimach. ed. O. Schneider II p. 573.

gruit cum Callimacho, hiatus narrationis expleri potest. Unum tamen interest inter utrumque auctorem: alter Herculis milites mulieres gravidas reddidisse narrat, alter viros mulieribus redditos. A Pausania ipso haec de suis bonis variandi causa novata esse vix potest credi: at haec discrepantia ea esse mihi videtur, qua Pausaniam non Callimachum ipsum legisse, sed ex altero scriptore eius frustulum desumpsisse probatur. Ergo huius narratiunculae fontem Callimacho aetate inferiorem fuisse sequitur, quae res optime quadrare videtur ad id quod supra ex fabula de Molionidis Herculisque expeditione collegimus. Iam vero Ister de eadem fluminis appellatione egit, dein diversas apposuit narrationes, denique quod in Atticis demonstratum est, ab Istro magistri frustula paululum mutata operi immixta sunt — quid multa? mihi quidem etiam hoc loco Callimachi frustulum ad Istri Eliaca redire verisimillimum videtur. Addam pauca eaque probabilia, si quidem schol. Plat. Phaed. p. 233 recte interpretatus sum. Cognatae enim originis sunt, quae Paus. V, 1, 8 de Hyrmina urbe brevissime adnotat: *Ἄκτωρ γὰρ πατρὸς μὲν Φόρβαντος ἦν τοῦ Λαπίθου, μητρὸς δὲ Ὑρμίνης τῆς Ἐπειοῦ· καὶ ᾤκισεν ἀπ᾽ αὐτῆς Ἄκτωρ πόλιν Ὑρμίναν ἐν τῇ Ἠλείᾳ* et Steph. Byz. s. v. *Ὑρμίνη, πόλις τῆς Ἤλιδος. „ὅσσον ἐφ᾽ Ὑρμίνη καὶ Μύρσινος ἐσχατόωσα.“ Μενέλαος δὲ τετάρτῳ Θηβαϊκῶν Ὕρμιναν διὰ τοῦ ᾱ φησί· τὴν δ᾽ Ὑρμίνην Ἐχεφυλίδας φησὶ τὰς νῦν Ὁρμίνας* . . . quibus adiungendum est Eustathii ad Hom. Il. p. 304, 14 testimonium, quippe qui integrioribus Stephani ethnicis usus sit: *Ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἐκθέμενος Ὑρμίνας δύο εἶναί φησιν ἀπὸ Ὑρμίνης, τὰς ὕστερον διὰ τοῦ ō κληθείσας.* Plura igitur a Stephano de urbis nomine prolata esse quam hodie exstat: duo distinxit urbis nomina *Ὑρμίνα* et *Ὁρμίνα*, quorum alterum ab Hyrmine Actoris coniuge derivat, dein diversa urbis nomina ab auctoribus exhi-

beri adnotat, cum Menelaus eam Ὑρμίναν, Echephylidas vero Ὑρμίνην nuncupet. Redit igitur hoc loco Echephylidae mentio, quem supra ab Istro exscriptum esse coniecimus. Dicat fortasse quispiam derivationem urbis ab Hyrmina ad Echephylidam redire: ergo in Pausania Echephylidae frustulum latere. Illud sese ita habere mihi persuasum est: nam Echephylidas propter urbis derivationem ab Hyrmine Ὑρμίνην nomen retinuisse videtur: hoc non item. Videas enim, quid expressis verbis Stephanus de eo testetur: non Ὕρμιναν, sed Ὑρμίνην eum illam urbem nominasse dicit, contra apud Pausaniam altera nominis forma a Menelao [111]) prolata occurrit. Id satis mihi videtur ad hanc sententiam refutandam. Nos igitur ex coniunctis Pausaniae et Stephani testimoniis Pausaniae fontem scriptorem fuisse statuemus, qui Echephylidae sententiam de derivatione urbis Hyrminae in usum suum convertit. Itaque cum Istrum unum ex Eliacorum scriptoribus, quantum nos quidem scimus, Echephylidam scriptorem tam rarae memoriae adhibuisse constet, ad eundem auctorem illum Pausaniae de Hyrmina locum relegare non dubito.

Quoniam igitur Istri fabulas Eliacas in Pausania latere admodum probabile est, hinc cuidam Pausaniae loco lux affulgebit. In libri sexti capite 20 inde a paragrapho octava de ara agit Taraxippi, quae in ipso stadii Olympici exitu exstructa erat. Narrat equos eam praetercurrentes subito terrore percelli, currum frangi aurigamque vulnerari: itaque Taraxippo illi ante certamen ab aurigis sacrificari. Dein Taraxippus ille quisnam fuerit, profert complures Graecorum fabellas, denique Aegyptii cuiusdam sententiam. Morem illum Pausaniae ubivis incolas urbium sive populos testes afferre, etsi nihil ex ore hominum, sed ex libris scriptis omnia

111) Cf. Mueller F. H. G. IV p. 451.

profert, supra saepius notavi, ita ut sub Graecis Aegyptioque illo auctores latere vix negari possit. Atque unde tandem hanc raram doctrinam potius depromere potuit? Accedit quod ab aliis sub viro Ephesio, cuius testimonium Paus. V, 5, 5 affert: *ὅτι δὲ τῷ Ἀκίδαντι ὄνομα Ἰάρδανος ἦν τὸ ἀρχαῖον, αὐτὸς μὲν οὐδαμόθεν συνεβαλόμην, ἀκούσας δὲ ἀνδρὸς Ἐφεσίου λέγω τὸν λόγον κτέ.* scriptorem eundemque Ephesium latere demonstratum est [112]. Fac ex Aegyptii cuiusdam sacerdotis ore illam fabulam Pausaniam audisse: quid? nonne narrationem exspectamus, quae ab heroe Aegyptio Taraxippi nomen derivat. At vide quid ille narraverit: Pelopem ab Amphione Thebano accepisse aliquid tradit, quo defosso factum esse, ut Oenomai equi in cursu perturbarentur et Oenomaus ipse curriculo everso interficeretur. Quid huic fabulae commune est cum Aegyptia? Immo Graeca fabula est non minus quam ceterae, quas profert Pausanias. Deinde ad Taraxippi nomen explicandum pertinet: ergo Eliaca esse videtur. Suspicabere igitur virum illum Aegyptium scriptorem fuisse, qui fabulis mere Eliacis colligendis operam navabat. Quod si teneas, exin cogites, illum Eliacorum scriptorem Aegyptium nuncupari, probare equidem nequeo, sed valde verisimiliter conicio sub viro illo Aegyptio Istrum latere, qui iure Aegyptius nominari potest, cum eum Alexandriae vitam egisse sciamus.

Denique Istri fragmentum de Pelope in schol. Pind. Ol. I, 37: *Πίνδαρος τὸν Πέλοπα Λυδόν φησιν εἶναι. Ἴστρος δὲ Παφλαγόνα. Αὐτεσίων Ἀχαιὸν ἀπ᾽ Ὠλένου*

---

112) Cf. Fleckeiseni annal. Vol. 129 p. 510 sq. Admodum simile huic loco Plut. in Thesei et Romuli comparatione c. 5: *ὃ δὴ καὶ συνιδών τις Ἀττικὸς ἀνὴρ ὡς παγχάλεπόν ἐστι βουλομένοις ἀπολογεῖσθαι πλάττει τὸν Αἰγέα τῆς νεὼς προσφερομένης ὑπὸ σπουδῆς ἀνατρέχοντα πρὸς τὴν ἀκρόπολιν . . . καταπεσεῖν κτέ.*

πόλεως ἧς καὶ Ὅμηρος μνημονεύει (Il. β, 639) et IX, 15: ὁ Πέλοψ κατὰ μέν τινας Λυδός, κατὰ δέ τινας Φρύξ ἢ Παφλαγών, κατὰ δὲ Αὐτεσίωνα Ἀχαιός summa cum probabilitate ad Ἠλιακά referendum esse puto. Istri sententia ex Apollonio Rhodio fluxit, qui II, 358 haec habet:

> Ἀγχίμολον δ' ἐπὶ τῇ πολέας παρανεῖσθε κολωνοὺς
> Παφλαγόνων, τοῖσίν τ' Ἐνετήιος ἐμβασίλευσεν
> πρῶτα Πέλοψ κτἑ.

Cf. schol. Apoll. Rh. ad hunc locum. Diog. s. v. Λύδιον ἅρμα. Etym. M. s. v. Ἐνετοί.

Iam vero finem imponamus dissertatiunculae pusillis alterius Istri libelli, qui Ἀργολικά inscribitur, frustulis additis. Scripsisse eum Ἀργολικά testantur Steph. Byz. s. v. Ἀπία et Ath. XIV p. 650 b. Athenaei loco ex Istri sententia Peloponneso Apiae nomen propter apros id est piros in Peloponneso nascentes inditum esse docemur. Cui alterum fragmentum obstare videtur. Cf. Steph. Byz. s. v. Ἀπία, quo piros in Peloponneso nascentes a pristino huius regionis nomine apios ὑπὸ τῶν ἔξωθεν nominatos esse testatur. Altera igitur hoc loco Peloponnesi nominis derivatio postulatur. Itaque duo fragmenta sic coniungenda esse puto, ut ab Istro duas Apiae nominis explicationes prolatas esse suspicer, alteram ab Apio rege derivatam (cf. Steph. Byz. s. v. Ἀπία et Πελοπόννησος), alteram vero ab apiis. Utraque nominis derivatio saepius in lexicis occurrit. Cf. Etym. M. s. v. Ἀπία et Cram. Anecd. Ox. Vol. I p. 30.

Horum fragmentorum subsidio nonnulla ad Istrum redire evinci licet. Veluti coll. schol. Theoc. Id. I v. 134: Ἀπίους δὲ (sc. ὄχναι vocantur) ὅτι πρῶτον ἐν Πελοποννήσῳ δοκοῦσι φῦναι, ἢ ἐλέγετο Ἀπία cum altero Istri fragmento eius frustulum latere elucet. Maioris vero momenti est, quod huius libelli vestigium in Plut. quaest. gr. c. 51 detegi potest, ubi haec leguntur: Διὰ

τί Βαλλαχράδας ἑαυτοὺς Ἀργείων παῖδες ἐν ἑορτῇ τινι παίζοντες ἀποκαλοῦσιν; ἢ ὅτι τοὺς πρώτους ὑπὸ Ἰνάχου καταχθέντας ἐκ τῶν ἀγρῶν εἰς τὰ πεδία ἀχράσι διατραφῆναι λέγουσιν; ἀχράδας δὲ πρῶτον ἐν Πελοποννήσῳ φανῆναι τοῖς Ἕλλησιν, ἔτι τῆς χώρας ἐκείνης Ἀπίας προςαγορευομένης· ὅθεν ἄπιοι αἱ ἀχράδες ἐπωνομάσθησαν. Haec alteri Istri fragmento: *φησὶ δὲ καὶ τὰς ἀχράδας τὰς ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ γιγνομένας Ἴστρος ἀπίους ἀπὸ ταύτης ὑπὸ τῶν ἔξωθεν λεχθῆναι* sic respondent, ut nullus dubitem, quin ex eodem fonte fluxerint. Iterum atque iterum dolendum est, quod alia Istri frusta temporis iniuria nobis invidit: equidem mihi persuasi haud exiguum numerum Plutarchi quaestionum graecarum ex eodem fonte haustum esse, quem bis iam adhibitum vidimus, imprimis eas, quae ad res Eliacas explicandas pertineant. Sed haec priusquam certa argumenta accedunt, proponere non ausim. Conferas denique, quod Robert. Erat. Cat. reliq. p. 230 adnotavit et Wilam. Com. gram. II p. 16.

Sed haec quidem hactenus: incerta terere nolo, at brevi tempore certiora me prolaturum esse spero.

Index capitum.

I. De Istri operis quod inscribitur Ἀτθίδων συναγωγή indole ac natura . . . .

II. De Plutarchi Thesei vita . . . .

III. De Apollodori qui dicitur bibliotheca et Hygini fabulis . . . .

IV. De Pausaniae Atticis . . . .

V. De Istri Eliacis 1

Vita.

Natus sum Maximilianus Wellmann Sedini Id. Martiis a. 1863 Theodoro et Minna e gente Meyer parentibus usus, quos adhuc superstites esse valde laetor. Fidei addictus sum evangelicae. Litterarum rudimentis imbutus patriae urbis gymnasium, quod tunc F. Kern rectore florebat, frequentavi. A. h. s. LXXXI maturitatis testimonio instructus Gryphiam me contuli, ut in hac alma litterarum universitate studiis philologicis me darem. Docuerunt me v. ill. Kiessling, Kaibel, Koschwitz, Preuner, Schuppe, Susemihl, de Wilamowitz-Moellendorff. Kiesslingii et Wilamowitzii benevolentia factum est, ut reciperer in semin. philol., cuius sodalis extraordinarius per unum semestre fui, ordinarius per quinque, per duo senior. Praeterea exercitationibus epigraphicis a Kaibelio, archaeologicis a Preunero interesse mihi licuit. Quibus omnibus viris optime de me meritis gratias ago quam maximas, imprimis vero Wilamowitzio, Susemihlio, Kaibelio, Kiesslingio. Huic quid debeam vix dici potest, ille vero non solum studia mea semper liberaliter adiuvit, sed etiam maxima humanitate me sibi in perpetuum devinxit.

Sententiae controversae.

1. Plut. de soll. anim. XV, 3 verba sic corrigenda sunt: *Φασὶ δὲ καὶ τὸν πρωτεύοντα κύνα τῶν Ἰνδικῶν καὶ μ[αχιμώτατον] ἀχθέντα πρὸς Ἀλέξανδρον* (*καὶ μαχεσθέντα* cod.).

2. Philostratum in sententia Iubae referenda errasse contendo in V. A. II, 12: *Οὗτος ὁ Ἰόβας τοὺς ὀδόντας κέρατα ἡγεῖται τῷ φύεσθαι μὲν αὐτοὺς ὅθενπερ οἱ κρόταφοι, παραθήγεσθαι δὲ μηδενὶ ἑτέρῳ, μένειν δ' ὡς ἔφυσαν καὶ μή, ὅπερ οἱ ὀδόντες, ἐκπίπτειν εἶτα φύεσθαι.*

3. Amyntiani libelli *περὶ ἐλεφάντων* ⟨cf. schol. Pind. Ol. III v. 52 et Cram. Anecd. Ox. III p. 357⟩ fragmenta exstant apud Paus. V, 12 et Opp. Cyneg. II, 489.

4. Quod Hirzelius ⟨Untersuchg. zu Cic. phil. schrift. III p. 342 sq.⟩ contra Corssenum de fonte primi Tusculanorum libri coniecit, probabilitate carere contendo.

5. Sostratus, qui apud Ael. de nat. an. VI, 51 et in schol. Nic. citatur, medicus erat primi saeculi a. Ch. n. Cf. Cels. de med. VII, 14 et Gal. tom. XIV p. 184. tom. XVIII, 1, p. 823.

6. Errant qui Aristotelem (vel Aristotelis epitom.) ab Aeliano ipso inspectum esse contendunt.

7. In schol. ad Alcm. parth. v. 6 sic fere scribendum est: *Φερεκύδης ἕνα τῶν Ἱπποκοωντίδων Ἀρήϊτον μέμνηται τῶν κ' ὀλωλότων* (vel simile quid). Pherecydis de Hippoc. morte narratio legitur apud Apoll. II, 7, 3, 2.

8. Aelianum et Oppianum ad eundem fontem redire demonstrari potest.

9. Verba Sext. Emp. ad math. IX, 73: *ἔκσκηνοι γοῦν ἡλίου γενόμεναι* ⟨sc. *αἱ ψυχαί*⟩ *τὸν ὑπὸ σελήνην οἰκοῦσι τόπον κτἑ.* ab Hirzelio ⟨Unters. zu Cic. phil. sch. II, 1 p. 144⟩ iniuria coniectura vexata esse contendo.

10. Donati praefationum in Terentii comoedias indoles desumpta est ex imitatione moris Aristophanei certusque in eis ordo demonstrari potest.

Ienae, typis Frommanni (H. Pohle).